27 Clar. in d. §. num. 66. in fin. † Contrarium tenet Mantua. confi. 200. lib. 2. num. 29. vbi, quod opinio Decii communiter reprobatur, quod Clar. d. §. homicidium. num. 61. dicit esse notabile, si est ve-
28 rum, & cios allegat pro hac parte. † Declara; quia si proditorie occideret, quia dedisset fidem de non occidendo, Clar. vbi supra tenet, quod non euaderet penam; quia etiam hostibus fides est seruanda, alias secus; sed tamen quod licet bannito occidere bannitum impune, etiam si proditorie, & data fide occideret, iu-
29 dicauit Senatus Mediolan. Clar. vbi supra num. 66. in fin. † Amplia; quia hoc statutum est tanta efficacia, ut bannitus non possit se tueri ab occidente, & si tuendo se occideret aggressorem, * punitur pena homicidi ordinaria secundum opinionem * com-
30 munem. Claud. in l. v. vim. num. 23. ff. de iust. & iure. † Contrarium Clar. d. §. homicidium. nu. 71. ver. sed in hoc etiam, vbi, quod defensio est de iure naturae, que non potest tolli per legem humanam; ideo
31 extra ordinem debet puniri, non de homicidio. † Extende; quia statutum, quod bannitus non audiatur, vel in non redditu ius, importat idem, quod possit impune offendit, vel occidi; quia ex quo de offensa facta non auditur, potest impune offendit. Clar. d. §. homicidium. n. 72. ver. sed quid si statutum, & plenius in §. fin. q. 5. o. in fin. ver. posset etiam. Florian. confi. 24. nu. 1. ver. vltimo patet. Vide, Statuum circa ciuitatum faciendum, vel denegandum certis casib. valet. Com-
32 clus. 58. † Et procedit etiam de iure communis, quod bannitus non potest audiatur; quia est rebellis. Florian. confi. 25. in princ. † Extende; quia statute huiusmodi statuto non potest interficiens banni-
33 tum accusari, neque inquireti de homicidio etiam ex officio, * cō-
34 munem, & non habere difficultatem, dicit Clar. d. §. homicidium. num. 72. ver. abia quoque. † Ratio huius statuti fuit ad inducendum terroris, ut homines abstineant a delictis. Floria. confi. 24. nu. 10.
35 ver. vltimo patet. † Amplia; quia statutum, quod banniti possint impune offendit, operatur, quod dicitur esse extra protectionem Civitatis, & quod illis ius reddi non potest, sed audientia deneganda. Alex. confi. 75. num. 8. in fin. & seq. ver. & quod de mente. lib. 1.
36 † Extende; quia tale statutum, quod bannitus possit impune offendit, idem operatur, ac si diceret, possit impune occidi, com-
* munem * dicit Clar. d. §. homicidium. num. 55. ver. est tamen diligenter, 37 vbi, quod ita obseruatur de consuetudine. † Et operatur, quod
bannitis censetur indictum bellum a banniente, & sunt effecti hoites secundum opinionem * communem, de qua Corn. confi. 10. 4. col. 1. lib. 1. sequitur Clar. d. §. homicidium. n. 57. ver. stante hoc statuto. † Imo, quod & qui paretur hoc casu bannitus deportato. Cla. 38 d. §. homicidium. nu. 5. 8. † Amplia multis modis, de quibus Marsil. 39. d. praxi. §. aggreditor, in princ. vbi, quod statutum respicit publicam utilitatem, & late interpretatur. † Amplia, etiam si bannitus ob-
tinuerit gratiam; quia si occiditur, antequam sit cancellatus de numero bannitorum, impune potest interfici. Ial. in l. si creditoris. n. 2. cum seq. C. de fideicom. Clar. d. §. homicidium. n. 62. ver. item quer. † Restringe, dummodo interficiens non sit in culpa, ut quia sciret 41 bannitum esse gratiam, communem * dicit Alex. in l. filio que, * & seq. ff. de liber. & poſhu. † Declara, vt per Capol. confi. crim. 39. 42. col. pen. quem sequitur Clar. d. §. homicidium. n. 62. quia si occidens sciuī, punitur pena ordinaria; aut ignorauit, sed perquendendo, de facili scire potuisse, & punitur pena extraordinaria; debet enim facere aliquam diligentiam; aut sciuī per coniecturas, & non punitur pena ordinaria; sed extraordinaria, & dicit * communem, * & magis * communem opinionem. † Contrarium tenet Blanc. 43. in praxi. 102. n. 164. quod licet non fecerit diligentiam, sufficit, quod ignorauerit gratiam, & non punitur, & dicit * communem, * & hanc verioriem credo ex iis, que Clar. sibi contrarium dicit nu. 63. in fin. in occidente bannitum nulliter; quia non tenetur inuestigare, an valide, vel nulliter, cum tuetur se ex fide publica. Declara; † Clar. d. §. homicidium. nu. 62. quod caueant banniti, vt faciant se deleri; quia si interficiantur, non datur reparatio, & interficiens pena extraordinaria puniretur. † Extende; quia neq; sufficit protestatio banniti, quod habeat gratiam, nisi de illa fide faciat; quia posset occidi, non obstante protestatione, quando nō est deletus, nisi gratiam ostendat, vel de ea fide faciat, communem * opinionem dicit Clar. d. §. homicidium. nu. 61. ver. sed quid si bannitus. † Extende, vt idem sit in eo, qui occidit bannitum nulliter; quia si sciuī nullitatem banni, punitur pena ordinaria, secundum opinionem * communem. Alex. confi. 77. num. 5. lib. 3. si vero non habuit notitiam, pena extraordinaria punitur secundum * communem, de qua Clar. d. §. homicidium. nu. 63. ver. maior. qui dicit excusari, si ignorauit; quia fecit sub fide publica; ideo debet excusari in torum. † Amplia, vt procedat etiam in eo, qui interficiet bannitum, quem ignorabat esse bannitum; quia adhuc confequitur impunitatem, communem * dicit Clar. d. §. ho-
micidium. nu. 67. ver. sicut etiam Hieron. de Tortis conf. quod est post conf. Anton. de Butr. n. 20. ver. & ideo. † Restringe quoad præmium, 48 vt si ultra impunitatem aliquid lucratur occidens, non debeatur huic occidenti, qui ignorauit, communem * dicit Clar. d. §. n. 67. in fin. † Amplia Florentia; quia statutum sub rubr. 162. vol. 3. conce-
dit bannitos posse impune offendit, quo casu reputantur hostes, & eis videatur indictum bellum. Bart. & Ang. in l. 1. & 2. C. quando licet se sine iudi. vendic. Caſtr. confi. 427. n. 2. lib. 1. vbi, quod sunt trans-
fugae & sunt hostes Civitatis, & perdunt iura Civitatis. † Extende; quia etiam mulier prægnans potest impune occidi, & adulterari, si est bannita. Bero. confi. 197. nu. 9. & seq. lib. 3. quod ego non admitto; quia contrarium tenet Marsil. in praxi. §. nunc videndum. n. 5. & in Leditum. n. 21. ff. de quest. & contrarium tenet etiā Clar. in d. §. homicidium. n. 5. 6. vbi dicit * communem, & veriore, vt infra in limit. nu. 66. Vide tamen, & declaras; quia statutum in muliere bannita prægnante non haber locum, sed in nō prægnante sunt opiniones, vt dixi in ver. Statutum circa bannitos impune interficiendos. Conclus. 469. nu. 63. & seq. † Extende; quia stante statuto si prædicto, quod bannitus possit impune offendit, offendens banni-
49 tum, cum quo habet pacem, non rumpit pacem cum eo facta. Bart. & cali in l. qui seruum. ff. de verb. oblig. vbi, quod ita sicut determinatum Patauini. Bart. ff. de pign. actio. in l. eleganter. §. fin. Corne. confi. 104. col. 2. lib. 1. & est ratio; quia vulnerans facit lege permittente, & promissio de non offendendo intelligitur, nū sit data facultas offendendi a lege, sive statuto. Bart. d. l. qui seruum. ff. de verb. ob-
ligat. & quia talia statuta sunt inducta fauore publico, & ad pro-
ficiendam vindictam publicam. Caſtr. d. confi. 427. n. 3. lib. 1. Deci. confi. 65. n. 3. † Extende, vt procedat, sive bannitus existat tempore-
re facte pacis, vel truce, sive post ea durante. Bart. in q. 1. incip. Lucane. Ciuitatis statuto, & in l. 2. C. quando licet sine iudi. se v. ad Bar. in l. 1. S. non sicut autem, per illum tex. vbi Ang. ff. de dolo. Docto. d. l. ff. quis seruum. ff. de verb. obligat. & infra nu. 5. 6. & seq. Vide, Pax an posse fieri cum bannito. & facta non sit seruanda. Concl. 179. † Extende; quia pacierii habentes amplum arbitrium non possunt compellere ad pacem cum bannitis prædictis. Caſtr. d. confi. 427. per tot. maxi-
me nu. 4. lib. 1. † Imo etiam si esset descriptus in libro bannitorū, 54 non posset offendit, si esset toleratus à Principe, vt in limitatione infra

33 infra num. 77. † Restringe; quia non potest offendri, quando non est delcriptus in libro bannitorum, ut caetur in statuto illo-rentiae. † Amplia; quia si, qui fecit pacem cum eo, qui postea fuit bannitus, flante hoc statuto, non rumpit pacem, si postea offendat bannitum: communem dicit Alexand. in d. l. qui seruum, quam legit cum t. qui in filam, post num. 2. ver. in text. ibi, inter-est ff. de verbis obligat. vbi Ias. num. 5. & hoc etiam placet Claro d. §. homicidium, num. 60. ver. quarto, aliquis, Castrensi. d. confi. 427. num. 3. lib. 1. † Extende, vt imo, etiam si effet bannitus tempore, quo fecit pacem, non rumpat eam, si offendat. Nell. tract. de bannit. in 3. parte 2. temp. q. 52. vbi, quod ita seruat, & hanc partem tueretur Castrensi. d. confi. 427. in princip. lib. 1. & per tot. quia absurdum eset, quod posset vti hostis offendari omnibus, non autem a sumere debentibus vindictam. Bart. quæst. 1. Lucane Ciuitatis, per tot. 57 supra num. 52. † Contrarium tenet Clar. d. §. homicidium, num. 60. in fin. vbi, quod rumpitur pax, si erat bannitus tempore pacis, & etiam si postea banniretur ex eadem causa, pro qua pax facta fuit; secus si postea banniretur ex alia causa diversa a causa pacis; 59 quia tunc posset impune offendri. † Amplia; quia filius potest impune offendere patrem bannitum, flante hoc statuto, secundum opinionem communem, de qua Marfil. in l. 1. §. præterea, num. 33. ff. de questio. Abb. confi. 303. Placet mihi. colum. 2. ver. tertio, lib. 1. vbi, quod propterea talis bannitus, qui potest occidi, pertinet patriam potestatem. † Contrarium Clar. in d. §. homicidium, num. 59. ver. sed hic queror. vbi, quod faceret decapitari filium; quia fictio, quod pater censeatur hostis, non debet hanc immanitatem inducere. † Declarat Clar. d. §. homicidium, num. 59. quod procedat ampliatio, quando pater effet apertus hostis armis infestans contra principem, vel patriam, alias secus, & dicit communem ex mente Claud. in l. 1. §. ius gentium, num. 13. ff. de iust. & iure, & adducit simile de feudatario, qui non potest dominum bannitum impune occidere. † Amplia, vt procedat, etiam si quis occidat bannitum extra locum statuti; quia adhuc impune facit, nec potest puniri, si captus effet in loco statuti, de quo loco occidit, si erat bannitus. Clar. d. §. homicidium, n. 66. ver. vii. idem. † Extende, etiam si non subditus statuto interficiat in loco statuti, prout si Mediolanensis interficiat bannitum Brixensem in dominio Venetorum. Clar. d. §. homicidium, num. 66. ver. quinimo. † Extende; quia procedit ampliatio, etiam si proditorie interficiant in loco statuti; secus si in loco extra statutum alieni dominii, & ibi efficiuntur capti. Clar. vbi supra. † Limita, si bannitus efficit captus per familiam officialis; quia non potest offendri, communem dicit Clar. d. §. homicidium, num. 65. ver. quarto etiam. † Limita; quia si mulier est bannita, non potest impune adulterari secundum communem, de qua Clar. in d. §. homicidium, n. 5. ver. sed an flante, vbi, quod haec est superior; quia statutum factum est pro quiete publica, quæ ratio non aptatur ad adulterium, vel stuprum, & pro vita traue parte supra num. 50. † Limita in bannito, qui appellavit; quia pendente appellatione non potest offendri; communem dicit Clar. d. §. homicidium, num. 64. ver. successione. † Extende idem, si non appellavit, modo pendaet tempus ad appellandum, communem dicit Clar. vbi supra, vbi restringit in Ducatu Mediolanum, in quo non appellatur in criminalibus. † Extende, etiam si pendente appellatione fuerit bannitus offensus, licet postea appellatio transeat deserta, & retrotrahatur, & singatur non appellatum in præiudicium appellantis; non tamen in præiudicium appellati, vel recti, ideo non potest talis desertio præiudicare sifco appellato. Alexand. confi. 56. Vito themate, num. 16. & seq. ver. non obstat, dum dicebatur, lib. 4. vbi ponit exemplum de condemnato infamia; quia si pendente appellatione examinatur ut testis, valet examen, etiam post examen appellatio transeat deserta. 70 † Limita; quia non valet statutum, quod banniti pro debito ciuii possint impune occidi. Marfil. d. præcis. §. aggredior, in princ. n. 2. & est communis opinio, secundum Deci. in c. que in Ecclesiast. rum. post num. 14. ver. excipiuntur plures, de constit. † Contrarium, quod imo etiam pro debito ciuii valeat statutum, quod licet impune offendere bannitum. Clar. in d. §. homicidium, numero 52. ver. plerunque, in fin. vbi de communis, & dicit, quod non confidant banniti de contraria communi; quia sub fide publica non debent interficientes decipi. † Limita; quia cestante statuto, quod bannitus possit impune offendri, de iure communi interficiens bannitum puniri debet de homicidio. Ias. post alios, in l. v. rim. ff. de iust. & iur. num. 15. vbi apostill. dat concord. & est communis opinio, secundum Clar. in d. §. homicidium, num. 52. ver. plerunque, vbi dicit esse rationem, ne homo securi in hominem, 73 quod maxime equitatis est, & humanitatis. † Et quod transfiga possit de iure communi interfici iure speciali propter reuelationem secretorum, dicit * communem Clar. in d. §. homicidium, * num. 52. ver. plerunque, vbi de communis. † Restringe in bannito 74* transfiga, & rebelle; quia impune potest de iure communi occidi. Ias. vbi supra, imo etiam rebellis nondum condemnatus potest impune occidi, si probetur eum esse rebellem; vide Iul. Clar. in §. de crimin. l. 1. Maieſt. prope fin. ver. hinc infertur. † Restringe 75 in afflanno; quia dicitur diffidatur, & potest impune interfici a priuato. Alexand. confi. 166. Videretur, in princ. lib. 7. † Limita; quia 76 non habet locum in bannitis ex causa ciuii, sed solum in capitalibus, nisi expresse dicatur. Anchæ. Regien. d. quæst. 60. nu. 15. lib. 3. † Limita; quia banniti non possunt impune offendri, etiam 77 stante statuto, quando fuerint tolerati in Ciuitate; quia tolerantia inducit conuenientem Principis. Alexand. confi. 1. in fin. ver. pro hoc dicit, lib. 2. vbi apostill. allegat Marfil. sing. 78. & in præcis. §. aggredior, num. 28. vbi hoc expresse dicit, & declarat. Vide, Tolerantia quid sit, & operatur multa. Conclus. 324. num. 10. & seq. † Declarat Bero. 78 confi. 54. num. 35. & seq. lib. 2. vt procedat, quando per viam iustitiae, vel gratia, aut per solutionem iam factam fuit cancellatus de banno, & latius ibi per eum, & infra num. 88. † Limita; quia si statutum concedat impunitatem occidenti bannitum pro summa centum iudiciorum, non habet locum, si quis sit bannitus bis pro summis 70. vel 80. quia in odiois non fit cumulatio summarum, communem dicit Clar. in d. §. homicidium, num. 68. ver. * sed queritur. † Restringe, nisi iudex has summias coaceriendo, & 80 cumulando simul, bannitus sit semel; quia statutum haberet locum. Clar. vbi supra; in fin. d. §. homicidium. † Limita multis modis, de quibus Marfil. d. præcis. §. aggredior, num. 11. & seq. † Restringe, quando ignorauit nullitatem banni, secundum Dynum in penult. ff. de adult. sed secundum Bart. ibi est verum, quod non puniatur pena ordinaria, sed pena extraordinaria; quia est in culpa, ex quo non fecit diligentiam, ita Alexand. confi. 65. numer. 8. lib. 3. & plenius confi. 77. num. 6. ver. s. i. autem ignorauit, lib. 2. vbi, quod opinio Bart. est communis; quia ob publicam scripturam excusat a dolo, sed non a culpa, & plenius Alexand. confi. 160. Vitis narratis, per totum, maxime num. 6. & seq. ver. iis optime consonat, lib. 7. † Idem est, quando laicus iudex condemnavit Clericum; quia si quis illum interficiat ignorans esse Clericum, panitur solum de culpa, non de dolo; quia debuit perquirere; secus si habetur tur pro laico, & incederet in habitu laicali; quia excusat in totum. Alexand. d. confi. 65. num. 8. ver. bene facit, & plenius confi. 77. num. 7. ver. s. & Bald. lib. 3. & confi. 160. num. 5. ver. fortific. init. lib. 7. † Declarat Salycket. in l. eun. qui duas, C. de adult. quem sequitur Alexand. d. confi. 160. num. 6. ver. iis optime consonat, quod opinio Dini volentis, quod occidens bannitum nulliter excusat proper fidem publicam, procedat, quando vitium non appetet ex scriptura banni; quia præsumitur pro ea; opinio vero Bartoli, quod puniri debet extra ordinem; quia potuit consulere periti, ideo est in culpa, procedat, quando ex scriptura poterat vitium appetere. † Imo credo, quod si ex scriptura appareat posset nullitas, & vitium visibile, quod Salycket male loquatur, quia tunc occidens efficit in dolo; quia scit; & tunc est in culpa; quando ignorabat, sed non cœsuluit peritos. Nam eo ipso, quod laicus exprimit bannitum presbyterum, bannum est nullum, & nullo modo interficiens vigore talis banni excusat; quia est in dolo vero, nec potest pretendere ignorantiam, & ita loquuntur omnes allegati ab Alexand. d. confi. 160. num. 2. & num. 5. & per totum. lib. 7. quia ignorantia iuris clarion excusat, † Limita, quando bannitus fuit rebanitus, & cancellarius de libro bannitorum, quia tunc non potest impune offendri. † Extende; 87 quia secundum aliquos sufficit, quod bannum sit cancellatum verbo tantum, licet non deletum de facto. Alexand. confi. 164. Vitis, & ponderatis num. 3. ver. s. præterea, poterat dici, lib. 7. vbi citat plures pro hac parte. † Contrarium tenet affi, quos citat A. 88 Alexand. d. confi. 164. num. 7. ver. accedit, cum sequent. lib. 7. vbi, quod licet bannitus soluerit penam, donec deleatur de libro bannitorum, remanet tamen adhuc bannitus, & potest interfici stante statuto, vide supra num. 78. † Declarat Alexand. d. confi. 164. num. 89 4. & seq. lib. 7. quia si statutum (prout Vicentie) dicit, quod bannitus etiam in contumaciam sit condemnatus in certa pena, & donec illam soluerit, remaneat bannitus; imo si infortiat iustitia venerit, torqueatur, & iterum si substinet, banniat, tunc cancellatio debet esse facta, & non verbi, & antequam sit cassatum bannum, potest interfici, & apostill. ad Alexand. ibi in ver. contrarium, citat plures concordantes, qui in eodem casu Alexandri consuluerunt. † Idem est, quando cancellatio debet fieri ex dispositione statuti; quia tunc debet esse propria, & facta, non verbi tantum; quia semper dicitur plenior, & magis

gis propria, quatenus referatur ad ius, & sufficit, quod sit verbo facta. Alex. d. confi. 164. n. 8. & seq. ver. pro hoc facit, vñque in si. maxime 91 num. 12. ver. fortius lib. 7. † Restringe, quando cancellatio non erat cognita. Hiero. de Tortis confi. suo post confil. Anton. de Burr. nu. 20. 92 ver. & ideo. † Declara restrictionem, vt non puniatur pœna ordinaria ignorans cancellationem; quia est sine dolo, sed punitur pœna extraordinaria propter culpam. Alex. confi. 160. Vñs narrat 93 tis, per tot. maxime num. 7. lib. 7. † Restringe, quando cancellatio effeta illegitima, vel ex falsa causa; quia potest occidi, & offendit. Bald. in c. 1. in princ. hic finitur lex Corradi, in vñs. feud. Ioan. Andr. in c. veniens. extra de accusat. vbi, quod si bannitus est illegitime cancellatus de banno, potest impune occidi, sicut si non est cancellatus. Capol. confi. 7. Bart. post Rainer. in l. non secundum j. ff. de don. inter vir. & vxor. Nell. in tract. bannit. in 1. parte, tertio tempo. q. 3. Bart. in l. inter omnes, §. replete, ff. de furt. Alex. confi. 114. lib. 1. Marfil. in l. 1. ff. de queficio. & in præl. criminali, §. aggredior. & confi. 55. circa a prim. B. Ius. tis. banniti quid amittant, nu. 3. ver. successe. Marfil. in l. 1. ff. 94. fiscar. † Limita; quia pendente nullitate tentativa capitalis non potest bannitus impune offendit. Clar. in §. fi. q. 94. nu. 10. ver. f. 1. 95 autem, vbi dicit * communem, & citat plurimos. † Extende; quia multo magis pendente appellatione etiam vnius ex correis non potest exequatio fieri contra alios. Clar. d. q. 94. nu. 4. † Limita in foro conscientiae; quia peccat mortaliter; quia occidens adulterum, vel bannitum in casu permisso non evitat pœnam spiritualem; quia peccat, magis * communem asserit Menchic. de testi. 96 * 97 in 1. par. §. nu. 22. ver. vnde data. † Contrariam magis * communem dicit Alex. in l. p. 1. q. 2. ff. de verb. oblig. & hanc partem tenet Clar. in §. homicidium. nu. 54. in fi. ver. ergo vero, vbi, quod non debet sequi ab lurdū, quod permisso lege Christiana inducunt peccatum, & ita etiam dicit Crauer. confi. 49. n. 9. & seq. vbi, quod etiam si sola lex cuiuslibet disponat, quia in foro conscientiae est tutus. 98 † Declarat Gomez. Inflit. de actio. in prin. nu. 54. vt refert Clar. vbi supra, quod si zelo Reipublicæ occidit, non peccat, secus vero si particulari affectu, & ad priuaram vindictam interfecit; quid vero in dubio præsumatur, non aperit. † Tutor iudicio meo est limitatio, vt se excusat, & purget à peccato, c. iuuensis, de fons. & illa ratio data nos videtur relevans; quia permittuntur multa ex lege Christiana, quod non tollunt peccatum in foro conscientiae; quia de duobus malis minus est eligendum, patet in merecibus, in vñs Hebraeorum, & in multis factis de consuetudine admissis; quia sola pœna temporalis censur remisita, non autem pœna conscientiae, quae non potest tolli per legem positivam aliquo casu. Vide. Consuetudo circa a culpa excusanda. Concl. 84.8. Vide. Peccatum omnino vitandum, & multa specialia sunt concessa, vt cuius 100 tetur peccatum. Concl. 193. † Limita; quia non potest vallassi dominum suum impune occidere stante statuto, communem * dicit 101 Clar. d. §. homicidium, nu. 59. ver. sed hic queror. in fi. † Limita, quando bannitus esset non legitimate, sed nulliter bannitus; quia si feciit * offendes; si punitur. Anch. Regien. lib. 3. q. 60. n. 7. & seq. vbi * dicit * communem, & * communem dixit prius Alex. confi. 77. Vñs. nu. 5. ver. præsupposita, lib. 3. & confi. 65. num. 8. eod. lib. 3. Et d. confi. 77. nu. 8. & seq. redditio nemptem; quia in homicidio inest dolum, & quando fecit nullitatem, vel nullitas est patens, non excusat. Alex. confi. 160. Vñs, in princip. lib. 7. Vide reliqua in ver. Statutum circa bannitos impune offendendos. Concl. 468. Erit eratum, statutum circa bannitos interficiendos. Concl. 469. vbi plenissime. Vide Mafcard. Concl. 162. Bannitum esse, quomodo probetur, vbi nu. 24. & seq. limitat multis modis.

Baptismus est sacramentum principale, & non reiteratur, & quando secus. Concl. 20.

BAPTISMVS est principale fundamentum aliorum sacramentorum. Abbas confi. 58. In questione. col. 1. in fin. lib. 1. † Baptismus non potest dari, nisi scelus; quia non potest reiterari, c. quod quidam. 1. q. 1. Gemin. confi. 33. num. 5. ver. sed ex aduerso excusat, vbi, quod si reiteratur, secundus baptismus nihil confort, quatenus 3 primus valuerit. † Limita; quia licet baptismus non reiteretur, tamen si propter necessitatem quis fuerit baptizatus sine catechismo, & solemnitatibus, solemnitates in Ecclesia debent fieri, licet non fiat noua baptizatio. Gemin. d. confi. 33. num. 5. ver. sed ad premissa respondetur.

Baptismus non facit beneficium curatum. Conclusio 21.

ECCLÆSIA † habens ius per suum rectorem baptizandinō dicitur curata, nec parochialis. Fed. de Sen. confi. 80. num. 2.

in fin. ver. item habere baptismum, vbi, quod baptismus, & christina non faciunt beneficium curatum, allegat Hostien. in c. nonnulli, de Cleri. non refid. & idem Feder. confi. 135. in fi. vbi dicit hoc procedere, quando Ecclesia non habet certam parochiam, & certum locum baptizandi. † Declara; quia antiquitus erant plebes, & Ecclesiæ matricis curate, sed crecente religione creatæ sunt Capellæ, seu parochiae pro administratione faciliori sacramentorum, vnde baptifinalis, & matrix remansit plebs, & consequenter curata, quando erat prius talis, ita Abbas confi. 38. In questione, col. 1. ver. quarto negari non potest. lib. 1. † Prohibetur sub eadem terminatione plures adesse fontes baptifinales, de iure communi, ideo Legatus & Episcopus non possunt conferre ius baptizandi alteri Ecclesiæ, quando competit vni Ecclesiæ matrici, & Collegiatæ, nisi adsit consensus primæ Ecclesiæ; quia est species alienationis. Calderon. confi. 457. alias vñco de bapt. vbi loquitur, et iam si reseruasset idem ius etiam priori Ecclesiæ. Vide, Beneficia curata quæ dicantur, & quæ simplicia. Concl. 63. Vide, Curatum beneficium quando dicatur. Concl. 110. 1.

Baptismus quid requirat, & qualiter fiat. Concl. 22.

BAPTISMVS † circumscripta necessitate debet fieri, & dari a sacerdote cum aqua baptifinali, & cum catechismo solito, alias non dicitur baptizatus. Anchar. confi. 195. Secundum ea. † Et debet esse differentia inter generantem & generatum; ideo requiritur actus baptizantis, & baptizati, & si non potest baptizans facere per se officium, ut quia carerent sensu, vel intellectu, aut furiosus, adhibere debet aliun patrimum, qui pro eo interfit; quia solus sacerdos non potest duplex officium facere generantis & generati, & alias non dicitur baptizatus. Anchar. d. confi. 195. in fin. & per tot. † Limita in casu necessitatis; quia quilibet 3 1. sive catechismo, & quilibet persona potest baptizare, & etiam si deficiat patrinus, omnia facit simplex mulier. Anch. d. confi. 195. Vide, Necesitas non habet legem. Concl. 19.

Baptismus quas pœnas remittat, vel non. Concl. 23.

BAPTISMVS † inducit remissionem pœnæ, & culpæ in foro 1. poli quoad Deum plenissimam. † Amplia; quia etiam inducit remissionem pœnæ temporalis pro delictis commissis, ne possit Iudeus, vel infidelis baptizatus puniri de delictis commissis, antequam baptizaretur. gloss. in cap. quod autem, in ver. pat. 100. 23. quæst. 1. & est communis * opinio. Ferrat. cauel. 2. 4. post * nu. 4. qui dicit de communi Theologorum. † Contrarium, quod 3 baptismus tollat pœnam spiritualem, non autem temporalem, 10. de Anan. in c. de iis. post nu. 6. distinct. 2. quem citat Ruin. confi. 13. nu. 3. in fin. lib. 3. & Iul. Clar. in §. fin. quef. 5. in fin. † Declara; quia 4 erit in arbitrio iudicis amplecti opinionem, quam voluerit. Ruin. d. confi. 13. num. 3. lib. 5. & imo primam tanquam a quoirem, & fauente religioni amplecti debet, secundum Clar. d. §. final. quef. 5. 1. in fin. ver. ergo vero. † Limita; quia non liberat à restituitione, debiti, vel male ablati. Ruin. d. confi. 13. num. 2. lib. 5. Clar. dist. §. fin. quef. 5. in fin.

Baptizatus quando quis dicatur, & qualiter probetur quis baptizatus. Concl. 24.

BAPTIZATVS † dicitur, qui aqua baptismatis est aspersus 1. Adhuc viuens, in capite, vel in maiori parte corporis, secundum * omnes in cap. debitum, de bapt. vbi Ioan. Andr. in ver. immerserit. † Amplia, vt etiam dicatur quis baptizatus, si minima 2 gutta per modum baptismi tergit pedem, vel quamlibet aliam corporis partem ipsum, & hanc opinionem aquam, & veram dicit Innoc. in d. cap. debitum, in fin. de bapt. licet prima sit tutor, & hanc sequitur Lap. alleg. 105. per tot. vbi, quod infans, qui emisit pedes, in quibus est aspersus, & postea est mortuus in utero, dicitur baptizatus, & vide concordan. ibi. † Amplia in infante moriente proiecko in puto in casu necessitatis, quod dicitur baptizatus, si tantum vixit, quod baptizans proficiens dixerit verba. Calder. post Ioan. Andr. in cap. non vt apponeres, de bapt. vbi, quod immergo, & eleuatio non est necessaria, quod videtur dubium ex limitatione sequen. † Limita; quia non dicitur baptizatus, 4 qui aspergit ab uno aqua, & altius profert verba; quia debet esse idem, qui aspergit, vt etiam verba proferat, secundum Innocent. in dict. cap. debitum, de bapt. † Qualiter autem probetur quis baptizatus, vide plene Mafcard. conclus. 163. Baptizatum

Rum quem esse, qualiter probetur, vbi, quod per unicum testem Christianum, si non agitur de preiudicio tertii, & aliis modis. Vide eundem Mascard. *Conclus. 28. Christianum aliquem esse, qualiter probetur.*

Baptizari non possunt filii inuitis parentibus, & quando fecus. *Concl. 25.*

IND AE I impuberes subtrahi non debent parentibus inuitis, neque baptizari parentibus inuitis; quia Deus vult milites voluntarios, & non coactos. Calderin. *conf. 490. in princip. alias 3. de Iudeis.* † Amplius quia multo minus sunt compellendi Iudei se baptizare, sive sint adulti, sive parvuli. Calderin. *d. conf. 490. alias 3. de Iudeis. in prima.* † Declara; quia conclusio est vera, quod infantes Iudeorum non possunt baptizari inuitis parentibus Iudeis; sed si patet, vel mater effectu Christianus, tunc illi trahit secum infantes ad baptismum, ita plene Barbat. *conf. 58. num. 7. & seq. lib. 3.* quia licet filius sequatur conditionem patris, tamen respectu fidei sequitur matrem infans.

Barattaria quid sit, ex quibus inducatur, & quomodo probetur. *Concl. 26.*

BARATTARIA est crimen, quod vulgus interpretatur esse illud, quod committit Iudex mediante pecunia. Ancharen. *conf. 271. Detulit. num. 10. & seq.* † Amplia; quia Iudex committit barattariam, & simoniam, etiam iustitiam sententiam ferat per pecuniam, & quando fecus. Vide Socin. *in reg. 2. Barattaria.* vbi limitatur, quando datur publice coram testibus; quia alterius iudei non expedit causam. † Declara, quod licet iudei nihil possit recipere, tamen si recipiat a sponte dante patres argenteas (licet male faciat) tamen non est barattaria, si datur post ieritum factum. Ancharen. *conf. 271. num. 9. & seq. ver. superest videre.* † Ex quibus inducatur, & quomodo, & qualiter probetur. Vide plene Mascard. *Concl. 165. Barattariam iudicis, & Concl. 166. Barattaria quomodo probetur.* Vide, *Officialium extortiones execrabilis tollenda. Conclus. 98.* Vide, *Corruptus quando, & ea quibus probetur index. Conclus. 1033.* Vide, *Dolus iudicis quomodo probetur. Mascard. Concl. 532. Dolus iudicis.*

Baro quis dicatur, & quem gradum dignitatis obtineat. *Concl. 27.*

BARO † dicitur habens feuda plura sub se, & vasallos, & est maior dignitas, quam simplex feudarius; quia aequiparatur Comitibus, & Principibus, imo federat apud Reges. plene Iac. Mandell. *conf. 163. plenus conf. 172. per tot. vbi,* quod habet magnum dignitatem, & autoritatem. † Imo, quod Baro sit ille, qui habet unum castrum, vel partem castri; quia pluralitas castrorum non est necessaria, dicit Curt. *Iun. conf. 212. num. 19. Boss. tit. de Principe. in pr.* quod Baro est idem, quod Capitanus, & omnis, qui habet aliqua regalia, dicitur Baro. † Et dicitur inferioris gradus Baro, quam Comes, c. fundamenta. ver. vt ergo. de elec. in 6. Germanian. *conf. 90. Quia dicitur in princip. num. 1. plene Curt. Iun. dict. conf. 212. n. 7. & seq.* † Vide plenus per Iacobum Mandellum *dicto conf. 163. n. 31. & seq.* & plenus *d. conf. 172. per tot. vbi,* quod est nomen dignitatis, & importat idem, quod habes subiectos, & multa castra, & verificatur etiam Baro in eo, qui habet unicum castrum, ideo sunt maiores, & minores Barones, & quando adest dictio, illustres, debet intelligi de maioribus, qui aequiparantur Dicibus, & Regibus.

Barones & Comites quid possint. *Concl. 28.*

BARONES † & Comites cum mero & mixto imperio hodie in Italia de consuetudine habent iura imperialia, & quicquid potest Imperator, ipsi quoque possunt in suo dominio, sicut in facto. Soc. *Iun. conf. 76. in prim. lib. 3. vbi dicit communem, & loquitur in Domino Saxoli, & seruari. Festal. tract. de estim. & collect. part. 2. c. 2. n. 12. & seq.* Curt. *Iun. conf. 100. Presupponitur in facto. nu. 3.* vbi dicit veram esse conclusionem, quod Duces, Marchiones, & Comites perpetuo inuestiti in suo dominio habent iura Imperatoris. Crauert. *conf. 411. num. 48. plenus conf. 135. num. 2. & seq.* vbi citat plurimos, & infinitos etiam citat idem Socin. *Iun. conf. 33. num. 9. lib. 3.* vbi consuluit pro domino Luzaria, quod potest collectas imponere. † Et quod Comes in suo Comitatu magis assimiletur Principi, quam Präfidi. Bald. *in l. exemplo. in penult. q. C. de probat. sequitur Alexand. conf. 1. Ponderat. num. 29. in fin. lib. 5.*

Socin. *conf. 36. Stantibus. lib. 3. Deci. conf. 403. num. 5. † Contra-3 rium, quod imo feudarius etiam cum mero & mixto imperio recognoscens superiorum non possit condere statuta grauanta subditos, vel priuatis libertate eis concessa de iure communi.* Socin. *conf. 272. per tot. lib. 2.* Ant. Galeat. Maluaria *conf. 62. num. 22. & seq.* & quod non veniant in concessione facta inferiori ea, per quae authoritas superioris de honestaretur. Socin. *conf. 302. num. 6. & in subscript. seq.* vbi loquitur de concessione facta per Florentinos Pistoriensibus super gabellis, ne comprehendantur gabella Florentia, & plene Narta *conf. 402. num. 10. & seq.* vbi, quod non habent plenitudinem potestatis, nisi doceant, & loquitur in Due Mantua, & non refert, quod iura regalia habent; quia non possunt derogare iuri communi, cum id sit referatum Imperatori, & num. 20. quod non potest Imperator face re sibi parem, & multa dicere, & facere, quod ex quo vtuntur plenitudine sciente Imperatore, videtur concedere. † Vide Curt. *4 Sen. conf. 65. num. 5. vbi, quod illi Principes, Dukes, Comites, & Barones, qui transmittunt imperium suum ad haeredem, habent iura imperialia in suo imperio, & idem repetit conf. 49. num. 50. vers. non ostenditur. vbi, quod Dux Mediolani, & alii Duces, Marchiones, & Comites perpetui sunt in suo dominio imperatores, & quod venit hoc in consequentiā dignitatum eis perpetuo concessarū; & idem de Communitatibus liberis, prout Florentiae, & Venetiarum, & de Duce Sabaudiae, Duce Mediolan. Socin. *Iun. conf. 65. num. 6. lib. 3.* vbi de magis * communī, & * de Due Mantua Crauert. *conf. 958. num. 4. & 5.* & Socin. *Iun. conf. 4. num. 18. lib. 4.* & de Duce Ferrarie idem Socin. *Iun. conf. 76. num. 14. lib. 4.* & de Duce Regi Borsio Esteni, quod possit omnia, que Imperator. Alexand. *conf. 1. Ponderat. num. 28. & seq.* lib. 5. & de Duce Vrbini Gabriel. *conf. 163. in fin. lib. 1.* vbi, quod de consuetudine potest. † Imo de Comite Saxoli idem Socin. *Iun. conf. 76. lib. 3. in princip. vbi,* quod ex quo habet perpetuum comitatum, dicitur habere iura imperii in suo comitatu; idem de Marchione Sigismundo Esteni praefatus Socinus *Iun. d. conf. 76. num. 20. lib. 4.* & de Comite Scandiani idem Socin. *Iun. conf. 126. in princip. lib. 3.* vbi citat infinitos, & dicit plures, quod hodie est * communis, & recepta opinio. † Declara; quia varia loquuntur sunt Doctores inferiuentes, & confundentes pro utraque parte, regula tamen est, quod Barones recognoscentes superiorum non possunt contra ius commune statuere, neque ad referuata superiori manu apponere, neque consuetudinem inducere. Ruin. *conf. 208. num. 3. lib. 1.* quem sequitur Roland. à Vall. *conf. 4. num. 7. & seq. ver. refat modo. vbi num. 31.* dicit * communem, fallit in Regibus; quia in regni suis sunt Imperatores, vt dicit Brun. *conf. 45. num. 15.* vbi extendit, etiam si Rex haberet Regnum in feudum, quia licet directum dominium sit penes concedentem; tamen infideiatus de Regno quoad suos subditos dicitur ab solitus dominus, & ibidem n. 18. & istud est sine difficultate; & quod dicitur de Regibus, extenditur per Doctores ad Duces, Marchiones & Comites magnos, & qualificatos; prout de Duce Mediolani plene loquitur Curt. *Sen. conf. 65. num. 5. vbi,* quod isti Reges, & Duces, qui transmittunt Regnum, & Ducatum ad haeredes suos, sunt; prout Imperator in toto orbe, sic ipsi in suis regnis, & ducatis; & quia Ducatus Mediolani erat Comitatus ante erectionem in Ducatum, & appellabatur Comes virtutum, Bald. *conf. 241. Verba capituli. lib. 3.* vbi, quod Comes Virtutum Mediolani, nepos, & Comes Sabaudiae eius auunculus faciunt pacem de guerra inter eos; & tamen etiam isti, tanquam Comites magni, non recognoscabant superiorem, vt per Brun. *d. conf. 45. n. 19.* Sic etiam dicimus de Marchionibus magnis, vt de Marchione Montis-Ferrati loquitur Laf. *conf. 235. in princip. lib. 2.* & plenus Surd. *conf. 210. n. 22. & seq.* secus esse credere de Ducibus, Marchionibus, & Comitibus minoribus, nisi quatenus hanc ex privilegio, vel ex immemorabili possessione prescripta, vt videntur velle Paris. *conf. 25. num. 47. & seq. lib. 1.* vbi mouetur propter priuilegium, & Curt. *Iun. in eodem casu, conf. 61.* mouetur ex consuetudine prescripta, & dum ibi num. 9. ver. succedit, dicit esse * communem, quod Duces, Marchiones, & Comites possunt in suo Ducatu, Marchionatu, & Comitatu, quae potest Imperator in toto orbe, & dat exempla de Duce, & Comite Mediolani, & Duce Mantua; tamen in suo casu Marchionis Castris Gifredi, con fugit ad consuetudinem prescriptam, non autem tuerit conclusionem illo casu ex dispositione iuris; & quod requiratur concessio, vel prescriptio. Crauert. *conf. 958. n. 4.* † Alias si contrarium dicemus, putent multi, quod eo ipso, quod quis creatur Dux, vel Marchio, vel Comes, in eum transeant omnia, quae potest Imperator, vt dixit Boss. *tit. de Regal. n. 4. & 5. sequitur Surd.**

d. cons. 210. num. 24. sequeretur absurdum; quia cum Duces magni possint creare in suo Ducatu Marchiones, & Comites, & ipsi infundare, prout possunt Reges, ut de Duce Sabaudia Rol. à Vall. consil. 4. num. 41. & seq. ver. ex iis igitur lib. 3. & de Duce Mediolani Boff. tit. de Regal. num. 36. igitur idem possent facere alii inferiores, & ita declarat ipse Rol. d. consil. 4. num. 41. & seq. lib. 3. & daretur infinitas, & confusio, seu annihilatio dignitatum, & ita etiam intelligit necessario Boff. vbi supra; quia num. 4. ponit Regalem dignitatem, & num. 5. adiungit Ducalem, Marchionalem, & Comitatus, ergo necesse intelligit de maioribus, non de minoribus, & semper dicuntur minores, quando sunt inuestiti ab eo, qui recognoscit superiorem. Socin. Iun. consil. 98. n. 20. ver. secundo respondet. lib. 3. cum seq. & ad praedicta vide plene Iacob. Mandell. consil. 172. vbi extollit Barones & Baronias magnas; quia æquiparantur Comitibus, Ducibus, & Regibus, licet fateatur, quod etiam sunt Barones minores, & qui vnicum Castrum, vel unicum Plebem habent, consil. 163. num. 46. & sic vult, quod maiores sunt, quando nominantur cum dictione, magni, nobiles, vel 8 illustres. † Barones igitur, qui non habent titulum Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, cum sint inferioris gradus, quam fit Comes, vt in Conclus. prox. preced. sequitur, quod minus possunt ea, quae potest Imperator, in sua Baronia, & consequenter, quod Doctores, qui simpliciter loquuntur de inuestitis de Castris sine titul. Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, & dum dicunt, quod Barones in sua Baronia habent iura Imperialis, inaduententer sunt loquuti; quia licet & isti habere dicantur dignitatem; tamen est dignitas in genere, non habens speciale nomen dignitatis. Alexand. consil. 3. Quoniam in princip. versic. secundo quia. & num. 18. versic. non pro hoc. lib. 1. Vide, Feudum nobile quale. Conclus. 142. Vide, Feudum indiuimus quale. Conclus. 151. 9 † Declara; quia non possunt feudatarii condere statuta, neque facere bannimenta, per quae aufertur vasallis, & subditis facultas competens de iure naturali, vel communi, nisi sicut in auxilium constitutionis sui superioris; secus est, si sunt statuta, & prohibitoria bannimenta, quae respiciunt ius commune, & ex causa, etiam si tollatur quedam immemorabilis tolerancia, prout defendi arma. Cravett. consil. 314. per tot. vbi latissime, quae possit feuer. dicitur statuendo, & quae non. Vbi secundum eundem Cravett. consil. 135. num. 4. vers. non obstante, vt habentes perpetuum dignitatem possint statuere cōtā ius commune, quando cum magna autoritate sunt inuestiti, in aliis vero non habentibus secus est. † Declara; quia Comites, Duces, Marchiones recognoscētes alios superiores immediatos sunt ab suis dicti tales, ideo æquiparante Præsidibus, & Magistratibus, non autem Principibus abfoliuntur. Ofsch. deci. 139. num. 15. & seq. versic. non etiam nocet. cum seq. vbi num. 17. & seq. loquitur, etiam si essent ab Imperatore confirmati. † Si vero sunt in possessione ab immemorabili tempore non recognoscendi superiorem, & habent regalia; tunc possunt facere statuta, & leges, & possunt, quicquid potest Imperator. Bart. consil. 72. Ex facto in princip. maxime num. 3. & 4. lib. 1. vbi apostilla dant concordant. & loquitur in Baronibus de Romania habitibus Castra, & Terras liberas in dicoce Sabinens. qui neq; Ecclesiast Romanam respectu temporalium recognoscēbant ab immemorabili, sed hodie omnes sunt suppositi. † Imo Alex. consil. 1. Ponderatis. num. 28. & seq. lib. 5. loquens de Duce Regii, Borlio Estensi, quod possit derogare iuri communi, vti clausula, non obstante, & omnia, quae potest Imperator, dicit, quod Reges, & Dukes sunt lex animata, & quod æquiparantur Principi, non Præsidi, & quod habent maiorem facultatem, quam Legatus de Latere; quia Ecclesiastici magis ligantur iure Canonicō, quam seculares legibus ciuilibus. † Amplia; quia possunt multa statuere Barones, & feudatarii cum mero, & mixto imperio, prout late de Comite Saxoli Socinus Iunior dicitur consil. 76. lib. 3. vbi, quod possit dare saluum conductum bannitis Ducus Ferrariae, quod possit emere sal pro subditis, vbi vult, quod non teneatur contribuere fortalitis Mutinae, possit condere statuta, quod non possint bona vendi forensibus, quod forenses non succedant, & quod subditi teneantur habitare, quae omnia sunt non solum præter, sed contra ius commune, sed in eo fundatur principaliter; quia habeat perpetuum dignitatem Comitatus. 15 † Contrarium tenet idem Socius Iun. consil. 98. num. 20. & seq. lib. 3. vbi contra Com. Scandianos, quod non possit onera subditis imponere, & tollit coartaria; quia non sit vera conclusio, quod possit, prout Imperator, & si esset vera, procedit, quando Imperator concessit, nō si aliis inferior concedit; item requirit, quod 16 concederit per verba clara, vbi plenissime. † Declara, vt per Ant. Galeat. Maluasiam consil. 63. per tot. vbi dicit, quod non proce-

dant predicta in præiudicium domini directi, neque quando subditi grauarentur, & habitarent in loco superioris domini dominantis. Vide eum num. 15. & per tot. vbi allegat Boff. de foro competent. num. 37. & alios plures num. 25. & seq. † Vide omnino Be- 17 roum consil. 81. Vito amplissimo. lib. 1. vbi de feudo Baiſi concessio Com. Pagano per Duce Ferrariae ad vsum Regni, & cum ea auctoritate, quam Dux habebat, & dicit, quod non potest grauare subditos, neque noua onera imponere, alias peccat, & potest recurrī ad superiorē, & si monitus non defūta, potest priuari feudo. † Extende; quia possunt Barones facere statuta et. 18 iam pena contra subditos, etiam si auferatur quedam immemorabilis permisso defendenti arma, vt latissime Cravett. consil. 314. per tot. vbi enumerat multa, quae feudatarius potest statuendo, & prohibendo, & penas imponendo subditis suis, vbi etiam que non potest, enumerat. Vide, Feudatarius quid posset circa subditos, & que non. Conclus. 122. per totam. & num. 12. & seq. † Am- 19 plia; quia est magna authoritas Baronum; quia æquiparantur Comitibus, Principibus, & Regibus. Vide plene Iacob. Mandel. consil. 163. & 172. † Amplia; quia Duces, Marchiones, Comites, & Barones perpetui, sicuti possunt legitimare spurious in suo dominio; ita etiam possunt derogare in specie, & in genere iuri communis; quia sicuti possunt communitates statuendo, multo magis Principes in suo territorio. Castrensi. consil. 34. num. 4. ver. sed ad hoc respondet. lib. 2. † Restringe hoc non procedere in Epi. 21 scopo, (licet sit perpetuus, & possit legitimare) quia magis adstringit canonibus, ad textum in 25. question. 2. cap. institutionis, quam Princeps secularis, per l. omnes populi. ff. de inst. & iure. ita Castrensi. dicto consil. 34. num. 4. lib. 2. versicul. sed ad hoc respondet. ur. Restringe in Vicariis, Comitibus, & alii dominis, seu officiis non perpetuis; quia isti non possunt derogare iuri communis. Castrensi. dicto consil. 34. num. 4. versic. sed ad hoc respondet. lib. 2. † Amplia; quia Reges, & Duces, & similes sunt in territoriis suis loco Imperatoris, & ideo plus possunt, quam possit Legatus de Latere, & non valer argumentum de Legato ad istos; quia Legatus non potest infundare bona Romana Ecclesia, isti possunt Castra, & Villas sui territori; Legatus non potest vti clausula, non obstante, neque condere statuta contra ius; isti secus; quia magis ligantur Ecclesiastici iure Canonico, quam seculares iure Ciuii, plene Alex. consil. 1. Ponderatis. num. 27. & seq. in fin. vers. non obstante etiam predictis. lib. 5. vbi apostilla. in ver. locum, dat concordant. † Amplia; quia Ciuitates liberæ, in quibus Imperator nullam exercet iurisdictionem (prout Lucana Ciuitas) & consilium generale, potest omnia in suo territorio, quae potest Imperator in suo Imperio: late Deci. consil. 403. Quoniam in princip. & maxime num. 7. vbi, quodab immemorabili tempore prædicti iura Imperii. Abbas consil. 103. Placat mibi. per tot. lib. 1. qui loquitur in omni ciuitate libera habente merum & mixtum imperium; quia habet iura imperii in suis subditos. † Extende idem in omnibus 25 aliis ciuitatibus, locis, & castris, in quibus Imperator per se ipsum non exercet iurisdictionem, sed per Vicarios, vel Comites, Marchiones, Barones, vel Duces perpetuos; quia isti Duces, Vicarii, Barones, Marchiones, Comites perpetui Imperiales in suo territorio exercent omnia iura Imperialia, quae Imperator in toto Imperio; ideo legitimant spurious naturales, creant Notarios in suo territorio, concedunt veniam etatis, prout Princeps. Castr. dicto consil. 34. Super primo in princip. lib. 2. & lequitur Deci. dict. consil. 403. in princip. Abb. dicto consil. 103. lib. 1. † Declara; quia ex quo 26 ista referatur Principi summa restringita ad solum territorium concedent, non autem vniuersalia, dicitur potius dispensatio, seu habilitatio, quam legitimatio, vt declarat Castrensi. dict. consil. 34. num. 1. vers. non dico tamen. lib. 2. † Extendit Abb. dict. consil. 103. lib. 1. in tantum, quod potest talis Ciuitas libera restituere ad famam, legitimare, creare Notarios, & alia facere, quae Imperator, & valet statutum, quod rebellis impune occidatur, & confisatio bonorum potest fieri vbiique, licet quad bona extra territorium exequitio spectet ad alium, & dicit, quod tenentes contrarium loquuntur in Ciuitate non libera. Vide, Imperi iura qui dicuntur habere in statu suo. Conclus. 34. † Limita; quia non possunt impo- 28 nere grauamina subditis, & velle paleas, ligna, & alia seruita. Socin. Iun. consil. 98. num. 31. versic. demum non obstat. cum seq. lib. 3. vbi contra Com. Scandianos confulit. Vide pro traue opinione in ver. Onerum impositio regulariter prohibita. Concl. 134. † Contrarium, 29 quod imo in Italia omnes Ciuitates, & alii Principes communiter exvfloratione habent regalia; ideo imponunt gabellas, & datuas ad libitum, & datia, exceptis Lombardis, qui habent priuilegium ex pace Confantia. Ang. consil. 290. Thema est tale. num. 8. vers. superest igitur. Vide, Feudatarius quid posset in subditos feudales, vel non.

non. Concl. 122. Vide, *Vafallis & feudatarij non possunt multi a. Concl. 25.*
Limita, ut in ver. *Principes supremus, vel non, quis dicatur. Concl. 665.* Vide,
Maiestatis lese crimen contra quos committatur, vel non. Concl. 8.
Vide, *Angaria, & Angarii. Concl. 330.* vbi plenius.

Baroniae appellations ad quæ deuoluantur. Concl. 29.

EX † Baronia deuoluuntur causæ appellationis ad supremum superiore. Oldrad. *conf. 161. n. 6. ver. ad secundam.* plene Natt.
2 conf. 614. *Duo sunt clausulae n. 5. vers. claram est autem.* † Ex Baronia, quæ sub etatlici Prouincia, vel Ciuitati, deuoluuntur appellations ad dictum locum, & dominum supremum de iure communis, non autem ad consistoriorum Baronis, nisi aliter sit constitutum, seu arbitratum. Oldrad. *d. conf. 161. Themata est, orta. n. 6. ver. ad secundam.* Vide plenius in *vers. Feudi dominus in quibus exercet iurisdictionem in feudo, & vafallis. Concl. 210. per tot. vbi per varias limitaciones reperies calus plurimos.* Vide, *Appellatio locorum inferiorum Baronum deuoluuntur ad supremum superiore. Concl. 372.*

Bastardi qualiter habilitentur ad ordines. Concl. 30.

BA STARDI † habilitantur ad ordines, ut possint promoueri absque dispensatione, si efficiuntur monachi, vel in congregatione Canonica regulariter viuant. Cald. *conf. 472. alias 7. qui filij sint legit.* Vide, *Ingressus religionis multa operatur. Concl. 134.* † Extende, ut procedat etiam in spuriis; quia per ingressum religionis habilitatur ad ordines, si profiteatur, secus quoad dignitatem. *V. 3 de, Ingressus religionis. Concl. 134. n. 8. & seq.* † Restringe; quia oblatus monasterio etiam de licentia Abbatis non potest promoueri, si est bastardus; quia per hoc non est vere religious. Calder. *d. conf. 472. m. prin. alias 7. qui filij sint legit.* † Amplia; quia Papa quoad ordines, & spiritualia potest legitimare, & habilitare illegitimos, & spurious quoquaque per totum orbem; quia totus orbis est de iurisdictione Papæ. Castr. *conf. 467. n. 3. lib. 2.* † Extende; quia licet Papa non possit dispensare super matrimonio inter ascendenter & descendenter, & inter fratrem, & sororem; tamen potest habilitare natum ex talibus personis, & cum ipso dispensare etiam quoad ordines, & spiritualia. Ang. *conf. 350. in fine.* vbi quod non legitimat hoc casu contra legem Dei, sed habilitat. **6** † Amplia; quia immo etiam Episcopus dispensat cum illegitimo ad minores ordines, & ad beneficium simplex. Abb. *in c. fin. de fil. Presbyt. per text. in cap. 1. eod. tit. lib. 6.* Declara, ut in ver. *Episcopus dispensare potest cum illegitimo. Concl. 279.*

Bauari Imperatoris gesta damnantur. Concl. 31.

BA V A R V S † fuit persecutor Ecclesiæ Romanae, & ideo licet esset Imperator, & Rex Romanorum; tamen eius gesta de iure non valent, neque approbanda sunt. Bald. *conf. 204. Longum thema. n. 3. ver. & ideo nisi Imperator. lib. 3.* vbi, quod non valer restringit, quam fecit in Ciuitate Brixiae ad fumum bannitorum etiam ex criminis lese Maiestatis. † Et de eodem Bauaro meminit Oldrad. *conf. 35. Sanctissime Pater. circa med. ver. nam intravit.* vbi, quod fuit fautor Petri de Tornare Antipape. **5** Sed hodie successores in Ducatu Bauariæ maximum splendorem fidei & religionis Christianæ afferunt, & temporibus nostris nullus est, qui post Imperialem familiam Austriacam in partibus Germaniae fidem Catholicam melius tueri, & propagare possit, pede inoffenso, reque ipsa id evidenter praestet.

Beghinæ, & fratres tertii ordinis, an sint personæ Ecclesiasticæ. Concl. 32.

BE G H I N A E † sunt Ecclesiasticæ personæ, ut consuluit Io. de Lignan, quem refert Bal. *conf. 60. Quedam foror. n. 2. lib. 5.* licet Bald. ibiliter teneat. † Et sunt conuenienter coram Iudice Ecclesiastico. Rota in *antig. deci. 8. de iure patron.* quam sequitur Felic. *in c. dilecta. n. 2. de maior. & obed.* † Et sunt ab Ecclesia approbatæ saltem per modum tolerantie. Feder. de Sen. *conf. 273. colum. fin. in prin. ver. & pro hoc dicto facit.* † Contrarium, quod non sint personæ Ecclesiasticæ, tener gl. *in clement. cum ex eo de sentent. excommun.* **5** † Declara; quia licet non sint ordinatae, sed laicæ personæ, tamen

sunt Ecclesiasticæ, quando sunt in habitu, & in diuinis, ideo à verberarentur, quando sunt in diuinis, incideret verberans in can. si quis suadente. 17. q. 4. ita Rota deci. 1. de reg. in antiqu. in fin. Felic. d. c. dilecta. n. 2. de maior. & obed. & idem dicit Rot. deci. 2. de sent. excommun. in nou. † Declara secundum Bald. *d. conf. 60. n. 2. lib. 5.* quia non sunt omnino personæ Ecclesiasticæ, nec omnino seculares, sed quoad quædam sunt Ecclesiasticæ, quoad quædam vero sunt secularis. † Declara; quia ius patronatus Beghinarum est Ecclesiasticum; quia saltē tanquam miserabiles personæ debent eorum Ecclesiastico conueniri. Rota in *antig. deci. 8. de iur. patr.* alias 332. † Declara; quia cum sint personæ mixtae, sequitur, quod magis dignum trahit ad se minus dignum; & quia sunt opiniones, latenter ratione mixtae erit locus præventioni. Vide, *Mixti fori.* **7** *Concl. 23.* Vide, *Ecclesiastica persona qua dicantur, & gaudente priuilegio fori. Concl. 27. & Concl. ibi prox. seq.* Vide, *Fratres tertii ordinis an sint Ecclesiasticæ. Concl. 468. & Concl. ibi prox. seq.* Vide, *Heremita gaudente priuilegio fori, & quando. Concl. 90.* † Amplia; quia priuilegium habent beghinæ, & beghini Lodonensi. ut tempore interdicti admitti debeant ad Sacraenta clausisianis, & non pulitatis campanis. Feder. de Sen. ponit verba priuilegii *conf. 186.* † Extende; quia tale priuilegium extenditur etiam ad ipsos mortuos, ut possint officia celebrari, & Missæ super funere; quia cui communicamus vino, communicamus etiam mortuo. Fed. de Sen. *d. conf. 186. Casus talis est, quidam, in princ. & ver. saluum tale est.* † Contrarium tenet Fed. *d. conf. 186. in fin.* quia priuilegium audiendi diuina non conuenit, nec applicatur mortuo. † Extende; quia possunt etiam sepeliri, licet in priuilegio nihil de sepultura dicatur; quia si eis communicantur Sacraenta, quod plus est; ergo quod minus est etiam communicatur. Feder. *d. conf. 186. ver. sequitur de sepultura. & per tot.* † Contrarium tamen tenet Feder. in ultima responsive *dict. conf. 186. in ver. casus talis est.* & credo male. **10** † Extende; quia priuilegium religionis etiam dicitur concessum **14** nedum Beghinis, sed etiam aliis honestis mulieribus oblati aliqui in monasterio, & viuentibus extra monasterium. Feder. de Sen. *conf. 273. per tot.* qui loquitur in oblatis mulierib. religioni. S. Augustini Heremitarum, dummodo etiam bona obtulerint; quia tunc non subsunt parochia, non seruant interdictum, sepeluntur in monasterio, & ab eo Sacraenta recipiuntur vibi. Vide, *Oblati alicui religioni multiplices, & qui dicantur. Concl. 16.*

Bella, & acquisitiones erant ante ius ciuile sine ordine. Concl. 33.

ANTEQVAM † iura essent ciuilia, nullo ordine iudicario, seruato quilibet consequebatur ius suum, aut Regia manu, postquam Reges esse coepérunt, aut propria autoritate suscepto bello, quod erat licitum iure naturali, & iure gentium. Castr. *conf. 400. priusquam. in prin. lib. 1.* † Et ideo iure gentium bella fuerunt introducta, Lex hoc iure ff. de iust. & iur. quæ bella non nisi pro iustitia prosequenda rerum, aut personarum licita sunt. **2** *c. 1. 23. q. 2.* Castr. *d. conf. 400. in princ. ver. tertio similiter. lib. 1.* † Postquam vero condita fuerunt iura, creative magistratus, vtilia tuerentur, idcirco iudiciorum vigore, iurisque publici disciplina fuit in medium constituta, ne quisque sibi ipsi permittere valeat vltinem. C. de Iudeis. l. nullis. Castr. *dict. conf. 400. in princip. ver. postquam vero. lib. 1.* † Quod si deficit copia magistratus; quia parum est iura fuisse condita, si non est, qui tueatur, ff. de orig. iur. l. 2. §. post originem, licitum est reuerti ad primæ iura naturæ, vel gentium, vt liceat nobis autoritate propria ius nostrum consequi, l. si quis curioli. C. de Episc. & Cler. Castr. *d. conf. 400. num. 2. ver. caterum si deficit. lib. 1.* vbi probat multis rationibus; quia iura sunt introducta, vt pro sint, non vt noceant, & quis non committit se velis in mari, quando non possunt operari; in summa necessitas non habet legem. † Amplia; quia passus in iuriam, & spolium suarum fortunatum tempore belli, si Rex non paret prouidere via iuris, licita est recuperatio via facti, & tunc ultimum spolium non purgarur; quia remedia spoliis non applicantur. Castr. plene examinat *d. conf. 400. per tot. lib. 1.* quod intelligas, vt in ver. spoliare non dicitur capiens possessionem, quam amiserat. Concl. 394. Vide, *Necessitas non habet legem. Concl. 19.*

Bellum ex quibus dicatur, vel probetur iustum, vel iniustum. Concl. 34.

BELLVM † dicitur iustum, vel iniustum ex loco, tempore, causa, persona, negotio stante necessitate, & ex animo. Cald. *conf. 35. in*

95. in princip. num. 2. alias vnicō de treug. & pace. Bald. vero cons. 432. Ad bellum iustum. lib. 5. dicit quinque requiri, personam, rem, causam, animum, & autoritatem. † In iustumigitur est bellum in dictum ex rancore, vel animo vlciscendi, etiam si habens iustum causam, bellum moueat; quia iniuste agit. Calder. d. consil. 95. in 3 princip. num. 2. ver. dicitur ergo, alias 1. de treuga & pace. † Non igitur iustum est bellum, quod fit propter odium, vel insatiabilem cupiditatem; quia debet fieri propter charitatem, iustitiam, & obedientiam, vel fine perturbatione in securitate viuat. Bald. consil. 432. num. 7. ver. quartum, quod requiritur. lib. 5. † Extende, vt huiusmodi bellum nedum sit iustum respectu agentis ex rancore, (licet cum causa iusta) sed etiam ex parte subfinetis bellum propter iustum causam. Cald. d. consil. 95. num. 2. alias 1. de treuga & pace. 5 † Declara, vt procedat in foro poli, scusis in foro fori; quia si subest causa, & sumus in Principe non recognoscente superiori, bellum est licitum, & acquisita possunt licite retineri. Oldrad. consil. 70. per tot. maxime in fin. Vide, Belli causa acquisita quando posse finit. & cetera rei. Conclus. 41. † Amplia ratione loci bellum esse iustum, si fiat in loco sacro, cap. decet de immunit. Eccles. lib. 6. † Extende; quia contra tertias Ecclesias Romanae non potest dici iustum bellum. Ioan. de Anan. consil. 11. in princ. allegat. dominus noster. 23. queſt. 1. † Amplia, bellum esse iustum extempore. cap. 1. 9 de treuga & pace. † Et est ratio; quia spoliatus potest incontinenti, sed non ex interballo bellum mouere, & in recuperatione Castorum, & terrarum dicitur moueri bellum incontinenti arbitrio iudicis, & quandoque sunt centum dies, quandoque sex menses, quandoque decem anni, prout qualitas, & potentia occupantis exposcit. Angel. Aret. consil. 96. In themate supradicto. 10 num. 5. & seq. ver. & benefici. † Amplia; quia bellum dicitur iustum ex causa iniusta. Calder. d. consil. 95. num. 2. ver. est etiam iustum ratione causa, alias 1. de treug. & pac. † Econtra dicitur iustum ex causa iusta, & dicitur iusta causa, quod fit bellum propter necessitatem, vel ut inde pax acquiratur; quia bellum debet esse ultimum opus homini. Bald. consil. 432. num. 6. ver. tertium requisitorum. lib. 5. † Amplia; quia est iustum ratione rei, puta, quia pro re, cuius repetitio non competit; quia non est sua, vel est contra patriam. Calder. in d. consil. 95. num. 2. colum. 2. in princip. alias 1. de 13 txeng. & pac. † E conuerso igitur dicitur iustum, quod fit pro re sua recuperanda, vel pro patrie defensione. Bald. consil. 432. num. 5. 14 ver. secunda pars. lib. 5. † Declara; quia bellum pro defensione patriae non semper est licitum; quia si Princeps populum rebellem veller corrigeret, non est licitum resistere praetextu patriae. c. cum deuter. 12. queſt. 2. Calder. d. consil. 95. num. 2. ver. sic enim Papa. 15 † Amplia; quia ratione persona bellum est iustum, vt si priuatus moueat bellum contra superiori, si etiam is, qui mouet bellum, non est talis, qui possit bellum indicere. Calder. d. consil. 95. num. 5. ver. item est iustum. alias 1. de treug. & pace. tu dicas secundum Bald. melius consil. 432. lib. 5. quod persona consideratur, quae non potest facere bellum, si est Ecclesiastica, nec si priuata; quia istud recipit autoritatem a superiori; ideo Clerici non possunt indicere bellum. Vide, Inferior qualiter licite resistat superiori, vel non. Conclus. 122. † Declara, nisi inferior iniustitiam pareretur a superiori; quia si habuit recursum ad Episcopum, & superiori Episcopo non obedit, potest inferior de facto resistere superiori iniusto. Calder. d. consil. 95. num. 5. ver. quia tamen. de treuga & pace. 17 † Extende etiam; quia bellum dicitur iustum multis modis ratione persona, nedum mouentis bellum, sed etiam contemplatione cuius geritur, vt si pro infidelibus turrandis, vel pro confonendis diffidaris. † Extende ratione transeuntium per territoria, in quibus bellum indicatur; quia quod personas non subditas, & quae non inferunt præiudicium, de iure non est licita captura. Ioan. de Anan. consil. 11. per tot. vbi Bologn. in apostill. in fin. verific. 19 praterea, vt vit. † Declara, quod ratione personarum, & mouentium bellum, & quarum contemplatione mouetur, dicitur iustum, vt si a non recognoscente superiori, vel contra hereticos, & infideles bellum moueat. Calder. d. consil. 95. num. 2. ver. est iustum, vel iustum. & num. 3. & seq. alias 1. de treug. & pac. Vide, 20 Bellum quis posse indicere. Conclus. 36. † Extende declarationem, vt multis modis bellum ab authorizante dicatur iustum, quos modos recitat idem Calder. d. consil. 95. n. 2. ver. de primo considerandum, alias 1. de treug. † Ratione igitur personæ, dic, quod persona Ecclesiastica non potest facere bellum; quia non potest fundere sanguinem. Bald. consil. 432. in princ. vbi allegat B. Thomam lib. 5. quia strepitus belli retrahit à laude Dei, & orationibus; & quia non est permisum Ecclesiasticis fundere sanguinem, nisi essent in necessitate inevitabili constituti, clem. 1. de homicid. † Amplia; quia bellum est iustum, etiam si ex iusta causa moueat, quan-

do modus, & ordo bellandi exceditur, vt si fiat contra illum, qui recognoscit superiori, non requisito prius superiori pro iustitia. Calder. d. consil. 95. num. 6. ver. interdum unus dominus, alias vnicō de treug. & pace. vbi, quod talis inferens tenetur ad damna, & interessc. † Extende hanc ampliationem, vt procedat, etiam si tam 23 inferens, quam is, cui infertur bellum, non recognoscant superiores, quando ille, cui infertur, offert se paratum stare velle iuri; quia bellum non potest etiam ex causa iusta contra tales in dicti. Calder. d. consil. 95. num. 6. colum. fin. verific. sed ille, contra quem. † Amplia; quia bellum dicitur iustum, si monetur a recognoscente superiori, & bona in bello iniusto capta non efficiuntur capientium. Franc. Aret. consil. 14. V. 10. & diligenter. num. 6. ver. sed ad ifud responderetur. † Extende, vt procedat, etiam si moueat 25 illi, & ab eo, qui recognoscunt superiori, quia non est iustum, neque capta in tali bello efficiuntur capientium. Fran. Aret. dicto consil. 14. num. 7. ver. secundo quia. † Extende; quia iustum bellum 26 non potest per paclum, & cōventionem effici iustum sine licentia superiori, vel ex causa iuridica, plene Franc. Aret. d. consil. 14. n. 7. ver. est autem bellum. † Limita; quia bellum est licitum, quantum ex iusto Dei infertur, vt cap. Dominus noster. 23. q. 2. † Limita ex 28 edito Papæ, vel Imperatoris, aut superiori non recognoscens tis ex iusta causa; quia alias eis parendum non est, c. non enim. 11. q. 3. Franc. Aret. d. consil. 14. V. 10. & diligenter. n. 5. in fin. & n. 6. ver. sed dubitatur consequent. † Extende; quia Papa nedum potest indicere 29, sed etiam potest dare licentiam Clericis, & Religiosis, vt vntantur armis pro statu fidei, & Ecclesie, & pro salute patriæ, non tamen ita, vt effundant sanguinem. Bald. consil. 432. in fin. lib. 5. † Relstringe; quia Papa non potest dare licentiam Ecclesiasticis, 30 & Religiosis, vt ipsi manu sua effundant sanguinem, vel aliquid per seipso excequantur, pér quod sanguinem effundant, neq; potest concedere indulgentiam effusionis faciēdē, licet postquam effuderint, possit absoluere. Bald. d. consil. 432. num. 4. lib. 5. † Cau- 31 se instē plures enumerant possunt, vt si contra hostes, & rebelles bellum indicatur, c. dictar. 23. queſt. 8. † Item, si subditi opprimunt, potest bellum indicari in iurantibus, cap. scire. 23. queſt. 8. † Pro 32 fide, & in factis fidei Papa indicit bellum. Calder. dict. consil. 95. num. 3. ver. de Papa, alias 1. de treug. † Defensio patriæ est causa iusta 34 indicandi bellum. Bald. d. consil. 432. num. 5. lib. 5. † Contra infide- 35 les, & hereticos indicatur bellum ex causa iusta. Calder. d. consil. 95. alias 1. de treug. n. 3. in fin. verific. est etiam iustum. † Necessestas inducit 36 cauam iusti belli. Bald. dict. consil. 432. num. 5. ver. secunda pars. lib. 5. † Et addi alios casus in Conclusione proxima sequenti, quasi per 37 totam. Vide Maſcard. conil. 168. Bellum an iustum. vbi, quod eo ipso, quod non probatur iustum, probatur iustum, nisi a Papa, vel ab Imperatore fiat, vel indicatur.

Bellum quando licitum dicatur. Concl. 35.

BELLUM † licitum dicitur ad defensam suam; quia defensio 1 est de iure nature, & non requiritur licentia superioris. Caſtreñs. consil. 296. V. 10. supradicto. num. 5. ver. & dictum capitulum. lib. 1. † Extende; quia dicitur ad defensionem, quando fit ad obuiandum preparatio offendere; ideo licitum est facere ad emulacionem fortalitiae, quando vicinus preparat infidias; quia ignem extinguere licitum est aqua, & reparacione. Baldus plene consil. 188. per totum. & consil. 195. per totum. lib. 2. vbi pluram adducit pro bello digressu faciendo. Vide, Defensio multiplex, & quando datur facta ad defensionem. Conclus. 129. num. 17. & sequent. † Extende, 3 in tantum, quod etiam bellum est licitum, & confederatio licita ad offendam, quando est connexa defensioni, & fit ad defensionem. Baldus consil. 343. Examinanda sunt capitula. in princip. verific. dimittamus ista generalia. lib. 1. † Extende, quando fit, vt pax 4 acquiratur; quia est digressuum à discordiis, & rationibus, ita videatur velle Romanus in sermone, qui est post consilia num. 22. non enim pax queritur, vt bellum exercetur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur, cap. noli. 23. queſt. 1. Vide, Preuenire melius 5 est, quam preueniri. Concl. 648. † Amplia; quia bellum licet quo ad caput, & Reges indicentes ex iniusta causa sit illicitum; tamen quoad subditos dicitur licitum; quia necessitas facit de illico licitum. Bald. consil. 358. Licit latrunculus. num. 2. ver. super secundo. lib. 2. † Amplia; quia licitum efficitur bellum, quando acceptatur ab eo, cui indicatur; quia isto casu non distinguitur inter offendentem, vel defendantem; quia vt erque indicere videtur. Ang. consil. 367. In questione vertente. n. 5. ver. secundo quia. † Extende in tantum, 7 quod is, qui indicit bellum etiam iustum, non teneatur ad restituionem aliquam ablatorum, nec econtra, quando fuit

acce*

acceptatum bellum; quia dolus cum dolo compensatur. Angel. ⁸ dicto confil. 367. num. 8. versic. nunc defendeo. [†] Amplia; quia de conseruanda dominorum Lombardie seruatur, quod omne bellum indicium publice dicitur iustum, & habetur pro iusto. Castrilio. confil. 12. In facto proponitur, quod sel. mem. num. 6. versic. amplius inspecta consuetudine. [†] Amplia; quia licet domini recognoscentes superiorum non possint indicere bellum sine licentia Imperatoris; quia nullus in causa sua sibi dicit, alias cadit a iure suo; tamen quando non adeat copia Imperatoris, vel superioris, spoliatus potest recuperare castra, & terras sibi occupatas; quia si facit incontinentem, videlicet arbitrio Iudicis, intracentum dies, vel intra sex menses, vel etiam intra decem annos, prout opportunitas se praesentauerit, bellum est iustum, & quis potest suam possessionem recuperare. Angel. Aretin. confil. 96. In themate supradicto. num. 35. & seq. versic. capio tertiam consultationem. vbi pro vtraque opinione, & hanc tueretur, & tollit contraria, & loquitur in Baronibus, & Principibus Lombardiae. [†] Extende; quia imo bellum dicitur iustum, quod infertur a recognoscente superiorum subditis suis rebus; quia potest dare bona re-bellum in pradam capientium. Franc. Aretin. confil. 14. Viso. ¹¹ genti. num. 7. vers. sed ad iustum respondetur. [†] Amplia; quia bellum dicitur iustum, & licitum multis modis relatis per Bart. in l. hostes. ff. de captiis. vbi Alexand. & ibi, quod capta in iusto bello efficiuntur capientium. Card. Zabar. in elem. 2. quest. 4. dere iust. vide Franc. Aret. confil. 14. Viso. num. 5. in fin. & num. 6. & seq. versic. sed dubitatur. ¹² vbi plene. [†] Amplia multis casibus, de quibus supra Conclus. praed. ceden. num. 27. & seq. [†] Limita; quia bellum ad offensam non est licitum sine licentia superioris. Castrilen. confil. 296. num. 5. lib. 1. ¹³ [†] Extende, etiam si fieret pro recuperatione bonorum suorum; quia sine licentia superioris non est licitum. Castrilen. dicto confil. 296. num. 5. lib. 1. [†] Limita; quia bellum in dubio praefumitur in iustum, nisi probetur iustum; quia vbius armorum inscio Princeps est prohibitus. Franc. Aret. d. confil. 14. n. 7. vers. primo quidem. vbi apostill. in ver. iustum.

Bellum quis possit indicere. Concl. 36.

IMPERATOR, [†] vel populus Romanus bellum indicere possunt. l. hostes. ff. de capt. & postlim. reuer. gloss. in Lex hoc iure. ff. de iust. & iure. Ioan. de Imol. confil. 51. in princip. [†] Amplia in Papa in factis fidei, & respectu temporalis status; quia potest indicere bellum. Innocent. in cap. olim. de refit. spol. quem sequitur Calder. confil. 95. num. 3. ver. de Papa. alias 1. de treuga. vbi, quod tenentes contrarium non distant ab heresi. Ioan. de Imol. confil. 51. in princ. ³ [†] Et contra Reges, & Principes infideles autoritas suscipiendo bellum maxime residet penes Papam. Bald. confil. 389. Consuetudo est. in fine. num. 10. versic. quid bellum suscipendi. lib. 2. [†] Amplia; quia Principes non recognoscunt superiori posse indicere bellum. Oldrad. confil. 70. Vide plenius in ver. Principes qui possint. Conclus. 574. [†] Amplia, vt quilibet Rex, Populus, Princeps, Dux, vel Baro gubernans in aliqua sui parte rem publicam potest indicere iustum bellum, si iustum habet causam, cap. dominio guerram. 10. collat. tit. hic finitur lex Corrad. quia bella fuerunt a iure gentium licite introducta, Lex hoc iure. ff. de iusti. & iur. [†] Contrarium tenent alii; quia vbius armorum fuit interdictus. C. vt vbius armorum inscio Princip. lib. 11. ideo non licet vti, nisi legis scripta authoritate hoc fiat. [†] Declara, quod ea, quae dicunt bellum possit indicari, procedunt solum, si iusta subest causa, alias autem Papa & Imperatori, & aliis mouentibus bellum iniustum non est patendum. Calderin. dict. confil. 95. num. 3. versic. de Imperatore. alias 1. de treuga. Vt 8 de Principes qui possint indicere bellum, vel non. Conclus. 674. [†] Amplia, vt Episcopus, & quilibet equator canonum possit indicare bellum in exequitione iuris contra declaratos hereticos, & alios criminofosos. Calderin. dicto confil. 95. num. 3. in fin. ver. est etiam iustum, quod est vnicum, de treug. [†] Amplia in iudice habente iurisdictionem, ac merum imperium; quia potest subditis suis rebellibus indicere bellum, duobus concurrentibus, vt pro iusto praecerto, & ordine iuris seruato inobedientia subditorum causetur. Calderin. d. confil. 95. alias 1. de treug. & pac. num. 4. vers. indiciteriam bellum. Vide, Repressalia quando, & qualiter, & a quibus iudicibus concedi possint. Conclus. 197. [†] Extende, vt idem sit, si rebellis ex iusto praecerto, & ordine seruato efficit subditus alterius; quia facta requisitione ei, cuius sunt subditi, pro iustitia, si non fiat, potest index ordinarius indicere bellum. Cald. dict. confil. 95. ¹⁰ num. 4. versic. hoc tamen casu. [†] Declara, quod capta in iusto bello non efficiunt capientium, neque captivi efficiuntur serui, nisi iudex, cuius auctoritate hoc bellum indicatur, in pœnata rebel-

lium hoc praeciperet. Calderin. dicto confil. 95. num. 4. colum. 3. vers. in hoc tamen casu, alias il primo, de treug. & pac. [†] Amplia in vallo contra dominum; quia si dominus non vult seruare inuestituram feudi, & nolit parere sententia late per pares Curie, tunc vallo potest facere bellum. Bald. confil. 326. Rex Romanorum. num. 5. vers. & si dominus lib. 1. [†] Amplia; quia habens merum & mixtum imperium, prout Marchio Montis Ferrati, qui habet in territorio suo iura Caesaris, potest indicere bellum ex iusta causa. Angel. confil. 367. in quaestione vertente. num. 4. vers. ad primum autem. [†] Bellum contra Saracenos, & infideles est licitum, etiam si Saraceni velint vivere in pace; quia cum occasio se illis praefliterit, ipsi oppugnabit Christianos. Oldrad. confil. 72. vbi consiluit contra Saracenos Hispania. Vide, Infidelibus bellum est faciendum, & quando. Conclus. 124. [†] Amplia; quia Papa potest indicere bellum ex causa licita, & dare licentiam etiam Ecclesiasticis, vt faciant bellum, interuenient in consilio, auxilio, & adiutorio etiam cum armis, dummodo sanguinem non effundant per seipso. Bald. confil. 432. Ad bellum iustum in princ. & per tot. lib. 5. [†] Amplia; quia Cuius-¹⁴ tas potest indicere bellum ob tutelam vnius Ciuis, & ideo licitae sunt repræfalias, dummodo adiut causa licita. Bart. in tract. repressaliar. quaf. 1. versic. ad secundum. num. 6. [†] Amplia; quia quilibet particularis ob tutelam vita sue, & rerum suarum, vbi deficit copia superioris, potest indicere bellum. Bart. d. tract. repressaliarum. q. 1. ver. ad secundum. num. 6. [†] Limita in Duce Mediolani, & Florenti-¹⁸ na; quia non recognoscunt imperium, & dato, quod de facto non recognoscunt, attenditur, quod de iure fieri debet, non quod de facto fit, vt bellum sit iustum, vel non. Ioan. de Imol. confil. in pr. & idem videtur dicere Io. de Anan. confil. 11. in prim. licet aperte non decidat, quod consiluit in codem casu. [†] Extende, ut nec con-suetudina contraria valeat; quia est irrationabilis. Ioan. de Imol. confil. 51. n. 4. vers. nec obstat, si dicatur.

Bellum quibus possit indicari, & qualiter indicendum. Conclus. 37.

BELLUM [†] potest indicari quibuscumque non recognoscenti-¹ bus superiori, & reculantibus velle facere restitutionem eius, quod pro iustitia debent restituere. Calder. confil. 95. quod est vnicum, de treug. & pac. colum. fin. vers. sive contra quem. [†] Declara, vt procedat, quando superior pro iustitia consequenda adiut non possit; quia alias non possit indicari bellum licite, imo si indicaretur non prius requisito superiore eius, cui indicatur, tunc bellum esset illicitum, & inferens tenetur ad damnam. Calder. d. confil. 95. num. 6. colum. pen. in fin. ver. interdum vnu dominus. ² [†] Amplia, vt 3 quod dicitur belli, procedat etiam in repressaliis, que possumt concedi contra non recognoscentem superiori rebus resistentem administrare iustitiam, facta prius interpellatione; secus si superiore recognoscatur; quia prius debet requiri superior, alias ad damnam tenetur. Calder. d. confil. 95. colum. fi. circa med. vers. sed contra hoc facit.

Bellum mala multa operatur. Conclus. 38.

BELLUM [†] destruit territoria, & feuda; & ideo vasalli facien-¹ do bellum inter se sine licentia domini possunt priuari feuda; quia deteriorationem infestrunt. Bald. confil. 483. Magnificus dominus. num. 3. vers. secundo queritur. lib. 1. [†] Amplia; quia bellum ² inducit homicidia, rapinas, sacrilegia, & omnem calamitatem, & ideo dans causam bello iniusto tenetur ad omnia damna. Anchran. confil. 158. Ex narratis in princ. maxime num. 3. & seq. ³ [†] Amplia; 3 quia inducit necessitatem causantem, quod illicita sunt permis-⁴ fa, & licita prohibentur. Vide, Necessestas non habet legem. Concl. 19. [†] Amplia; quia belli tempore non seruatur immunitas concilia, plene lal. l. sexto toto. num. 7. & seq. ff. de legat. 1. [†] Et dicit Roman. 5 in sermone tuo, qui est post confilia, quod pacem habere debet esse continua voluntatis; Bellum vero nunquam, nisi ex necessitate. num. 23.

Bello capta quando efficiantur capientium. Conclus. 39.

CONSVENTUO [†] est belli, quod captiuti, & capta in bello ¹ efficiuntur capientium, siue bellum sit licitum, siue non; quia ita de facto seruatur. Ioan. de Anan. confil. 11. Omis. ad discussione. in princip. ² [†] Contrarium, quod consuetudo sit nutritiva peccati, & non valeat, tenet Ioan. de Imol. confil. 51. per totum. num. 4. quando

3 quando bellum non est iustum. † Regula sit, quod captiuati in bello licito retinentur licite, & efficiuntur capientium. Bartol. in 4 *In naturaliter. §. item quod ex hostibus. ff. de acquir. rer. domin. † Extende, quod capti in bello licito ita efficiuntur capientium, vt nec teneatur capiens in foro conscientie ad restitutionem. Baldus in cap. 1. num. 8. versic. sed non quid de milit. vs. all. qui centum sequitur A-lexand. in apostill. ad Bart. in l. si quid in bello. ff. de capt. & possim. re-uer. Perfin. in tract. de re milit. part. 2. in princip. num. 5. versic. quod 5 tamen. † Restringe, nisi captura fiat de missis legationis munere. 6 Ioan. de Anan. confil. 11. num. 3. versic. tercio quia. † Restringe in paßgerieris, & transeuntibus pro suis negotiis, qui non infestant aliquem; quia debent esse tuti. Bologn. in apostill. ad d. confil. 11. 7 Ioan. de Anan. circa fin. versic. præterea vt vi. & v. Restringe, si caperentur aliqui in territorio non diffidato; quia debent relaxari, alias tenentur bellum gerentes ad damna, & possunt capientes condemnari tanquam latrones, & furca suspendi. Ioan. de Anan. d. confil. 11. in fin. versic. quinto principaliter. & ibi Bologn. in fin. Ioan. de 8 Imol. confil. 51. num. 4. & seq. † Dicitur captus in territorio non diffidato is, qui recedit a territorio non diffidato, prout a castro Bolognesio, ut eat Bononiā, que non est diffidata, licet caperetur in territorio Imolae diffidato, quando capientes viderunt ipsum captum venire ex territorio non diffidato, & expectarunt, ut esset in territorio diffidato; quia animus corum attendit ab 9 initio. † Restringe, quando captus fuit in territorio diffidato, & fuit conductus captus per territorium non diffidatum; quia debet relaxari, alias offenditur Princeps, & officialis, in cuius territorio fuit duectus captiui. Ioan. de Anan. dict. confil. 11. in fin. vbi 10 Bologn. in fin. Ioan. de Imol. confil. 51. num. 4. & seq. † Restringe, quando captura non fit a militibus aperte, sed clam à latrunculis, qui ducunt per nemora; quia debent puniri. Bologn. in apostill. 11 ad Ioan. de Anan. confil. 11. num. 6. vers. predicta multum adiuvat. † Amplia; quia capti in bello licito efficiuntur capientium, & in Lombardia est consuetudo dominorum, quod sufficiat, quod bellum sit indicatum, vt dicatur licitum. Castillio. confil. 12. num. 6. & 7. 12 † Amplia; quia etiam bona feudalia iusto bello capta efficiuntur capientium salvo iure directo domino. Francisc. Aretin. confil. 14. Viso, & diligenter. num. 5. in fin. & num. 6. versic. sed dubitatur, allegat 13 cap. excommunicamus. §. si vero de heret. vbi Doctor. † Contrarium, quod imo, quando quis prohibetur alienare fauore alterius, neque possit alienare delinquendo. Bart. in l. si quis in t. ant. am. C. unde vi. versic. queror, an dominus tenetur. Et ad cap. excommunicamus. §. si vero de heret. potest dici speciale in causa hæresis, & ita Aretin. vbi 14 supra. † Declara Aretin. dict. confil. 14. num. 7. vers. quia tamen. vbi, quodammodo est communis, licet ipse non velit affirmare ver- 15 rum. † Declara; quia etiam in bello iusto bona feudalia proper delictum patris non possunt auferri à filio, qui non habet feuda iure hæreditario. Franc. Aretin. dict. confil. 14. num. 9. versic. sed quid 16 opus est dubitare, † Limita; quia captus in bello quia portabat ve- stem diuīsam Imperatoris ex priuilegio, debet relaxari. Roman. confil. 382. Quoad primum. num. 6. versic. quoad tertium. v. que ad finem. vbi plura. Vide, *Belli causa acquista quando possint licite retineri.* Concluſ. 41.*

Bello acquista quando communicanda inter socios,
vel non. Concluſ. 40.

1 **A**CQUISITA † in bello licito sunt communicanda inter so-
cios omnium bonorum commilitones. Bald. confil. 51. Tres
2 erant fratres, in princip. vers. porro si effe. lib. 1. † Amplia; quia etiam si
bellum non effet licitum, ex communii errore acquisita communicantur, & valet societas. Bald. confil. 41. per totum. lib. 1. vbi loqui-
tur de communicatione actiua, & passiua, videlicet, si commili-
3 to capiatur, & soluēt taleam, & econtra. † Amplia; quia capti in
bello iusto efficiuntur capientium quoad mobilia, sicut quoad
immobilia. Socin. in l. 1. in princip. ff. de acquir. poss. num. 10. & seq.
4 Bart. in l. si quid in bello. ff. de capt. † Declara, quod licet capti pia-
cipientium; tamen intelligitur prævia distributione per Capitan-
neum facienda. Socin. d. l. 1. num. 11. ff. de acquir. poss. Bart. in d. l. si quid
* in bello. ff. de capt. & ita * communiter teneri dicit Socin. Jun. confil.
5 68. num. 107. & seq. lib. 3. † Extende; quia maxime capti in bello
sunt capientium, quando sunt recuperatae a deprædatiis. Iaf. in d. l.
6 1. ff. de acquir. poss. † Amplia; quia capti in bello sunt capientium,
etiam si constaret de dominio patronorum, à quibus capti sunt.
7 Iaf. in d. l. 1. ff. de acquir. poss. † Limita; quia acquisita in bello etiam
iusto non sunt capientium, quando effe conseruata in Ecclesia.
8 Socin. d. l. 1. in 1. col. ff. de acquir. poss. † Limira in feudatario, siue va-
llo; quia quod acquirit etiam cum equis, & armis communis-

bis, specialiter est ipsius acquirentis, nec tenetur communicare. aliis. Bald. confil. 41. in fin. vers. non obstat. lib. 1. † Limita; quia stabili-
lia capta in bello iusto sunt Principis facientis bellum. Soc. Iun.
confil. 68. num. 10. 8. lib. 3.

Belli causa acquisita quando possint licite retineri.
Concluſ. 41.

ACOVISITA † in bello indicito per Principem non reco-
gnoscitatem superiorem exiusta causa possunt licite retine-
ri in foro fori. Oldrad. confil. 70. in princip. † Contrarium tenet Calder. quod occupata in bello ex iusta causa indicito à non reco-
gnoscitatem superiorem non possunt retineri, si mouetur ex ran-
core, vel animo vlciscendi. Calder. confil. 95. in princ. num. 2. ver. di-
cit ergo, alias 1. de treng. & pace. † Declara, vt hoc ultimum proce-
dat in foro poli tantum, secundum Oldrad. d. confil. 70. in fin. secus
in foro fori; quia in eo attendit, an bellum sit iustum, & indi-
cum ab habente authoritate, vt bona efficiantur capientium
secundum consuetudinem, quæ in hoc attendi debet. Calder. d.
confil. 95. versic. & in iis bello. † Amplia, vt capti in bello iusto effi-
cientur capientium, si extat consuetudo nedium quoad mobilia,
sed etiam quoad personas captas; quia capti ui efficiuntur servi.
Calderin. dict. confil. 95. alias 1. de treng. num. 3. versic. & in iis bello.
† Amplia; quia bona hostium conducta in territorio contra pro-
hibitionem ipso iure confiscata sunt, l. commissa. ff. de publica. Ca-
strenſ. confil. 446. Dico, quod iſlo oīes, per totum. lib. 1. vbi, quod non
efficiunt priuati capientis, vel denuntiantis. † Declara; quia 6
denuntiator bonorum in fiduciam delatorum consequitur tertiam
partem, Leditio. §. extat; & ibi gloss. verb. vulgare. ff. de ure ſi. Ca-
strenſ. d. confil. 446. in fin. lib. 1. † Amplia; quia res hostium fiunt
priuati occupantis, quando ipse priuatus occupat in territorio
hostium; secus vero in territorio nostro occupat. Castrenſ. d.
confil. 446. vers. præterea ad hoc. lib. 1. † Limita; quia is, qui bellum 8
iustum mouet, tenetur restituere omnia perdata in bello, vel
causa bellia quacunque parte. Calder. d. confil. 95. num. 6. vers. sed an
qui mouit, alias vno. de treng. & pace. Angel. confil. 367. In questione
vertente. n. 5. vers. primo quia. † Extende, vt quoquaque modo bel-
lum dicatur iustum, etiam si ex causa iusta, sed iniusto ordine
moueat, vt quia non requisito superiore eius, contra quem
bellum mouetur, talis mouens nedium capta sua non faciat, sed
omnia damna illata reficiat. Cald. d. confil. 95. colum. fin. vers. de captis
autem in iusto bello. iuncto ver. preced. num. 6. colum. pollut. in fin. ver. in-
terdum vnu dominu. † Extende; quia neque consuetudo contra-
ria valeat, quod capiens terras ex iniusto bello non restituit; quia
non valet talis consuetudo. Angel. confil. 367. In questione vertente.
n. 6. vers. nec obstat. † Idem est in captis in bello iniusto, vt in indicito 11
à recognoscitibus superiorem; quia non valet consuetudo,
quod capiant capientium; quia est nutritiua peccati. Ioan. de
Imol. confil. 51. pertot. maxime num. 4. † Extende; quia etiam Ciui-
tates captae in bello iniusto sunt restituenda sequitur pace, nec
possunt retineri ex eo, quod capiens fecerit expensas in bello.
Angel. d. confil. 367. num. 7. ver. ad tertium autem. † Extende; quia et-
iam si bellum effet licitum, captiui occasione bellii, qui non sunt
subdit bellantium, prout forenses transeunt, & alii itineran-
tes, non sunt iuste capti, sed debent relaxari. Ioan. de Imol. confil. 51.
num. 4. & seq. Ioan. de Anan. confil. 11. vbi Bologn. in apostill. circa fin.
vers. præterea, vt vi. quod consilium est in eadem causa. † Extende-
re; quia captura redditur iusta, si captiui ducentur per territo-
rium alienum, puta Ecclesiæ Romanae, sine licentia; quia debent
relaxari, alias bellum facientes tenentur ipsi ad damni emenda-
tionem. Ioan. de Imol. d. confil. 51. num. 5. & seq. vers. circa tertium. &
idem in eodem casu consultum Ioan. de Anan. d. confil. 11. in fin. versic.
quinto principaliter. plene Bologn. ibi in apostill. in fine. † Extende
maxime, quando sunt Nuntii missi; quia etiam si effent hostes,
Ambasciatoribus datur fidantia, Ioan. de An. d. confil. 11. vers. tertio
quia. † Restringe; quia si bellum iniustum oblatum fuit accepta-
rum per eum, cui indecet; tunc neutra partium potest pere-
re restitutio nablitorum. Angel. d. confil. 367. num. 8. versic. num
descendit. † Limita; quia existens pro ea parte, quæ confouet in-
iustum bellum, quecumque acquirit in bello, tenetur etiam in fo-
ro fori restituere, cap. 1. de raptor. Cald. d. confil. 95. num. 2. vers. dicitur
iustum, alias 1. de treng. & pace. † Extende limitationem, vt pro-
cedat, etiam si bellum sit iustum, quando occupans est stipendiatus;
quia tenetur mobilia confignare Principi, vt distribuat se-
cundum meritum, & stabilita nullo modo facit sua, vt per Calderin.
dict. confil. 95. num. 3. versic. & in iis. vbi hanc partem tenet; secus
si non effet stipendiatus; quia quoad mobilia facit ea sua. † Li-
mita in

mita in bello indicte à iudice superiore contra rebels, vel per modū repressaliarum; quia captivi non efficiuntur serui, & occupata non efficiuntur capientium, licet possint retineri sique ad satisfactionem. Calder. d. consil. 95. nū. 4. in fin. verific. in hoc tamen ¹⁰ casu, alias 1. de treng. & pace. † Declara, nisi index aliter ordinasset; quia hoc potest. Calder. d. consil. 95. nū. 4. in fin. alias 1. de treng. & ²¹ pace. † Limita; quia immobilia capta in bello non sunt capientium, sed fisci. Angel. d. consil. 367. nū. 5. ver. primo quia. Vide, Bello capiuta quando efficiuntur capientium, vel non. Concl. 39.

Bello occupata, si recuperantur, sunt restituenda Dominis suis. Concl. 42.

OCCUPATA † per hostes bello, vel aliter, si recuperantur ab hostibus per amicos, & confederatos, sunt Dominis restituenda secundum vnam lecturam Ioan. Andr. in addit. ad Spec. culat. iur. de raptori. † Contrarium de confuetudine seruari, & de iure esse; quia si bona sunt in castris, & praesidiis redacta, & Domini pedunt dominium, & bona efficiuntur capientium, vt per Doctores, & maxime Bar. in l. si quid in bello, in s. ff. de captiis, quod intellige de bello licito, secus si in continent, vide Bologn. in l. 1. num. 4. ff. de acquir. posse, vbi tuerit opinionem Ioan. Andr. num. 47. sed tam dicit num. 46. quod calus euenit, & fuit fernatum contrarium. † Amplia; quia animalia deprædata per hostes & recuperata per amicos debent gratis restituere eorum Dominis. Bald. in l. ab hostibus, la 2. C. de cap. & postlim. reuer. text. in l. Latrones. ff. 4. eodem. † Extende in tantum, quod nihil possunt accipere pro corrum restitutione, alias tenentur actione furti, & puniri possunt crimen abigiecat. Bald. in l. final. in fin. C. de cond. ob turp. caus. Declara † plenissime, vt per Bologn. nouissime in d. l. i. num. 44. & sequent. ff. de acquir. posse, vbi dicit, quod si bona capta ab hostibus recuperantur statim, res non haber villam difficultatem; quia tunc restituuntur dominis; & idem est, si in castris recepta, vel retenta sunt in iis, in quibus habet locum ius postliminii, & dicunt habere locum ius postliminii in omnibus rebus immobiliis, personis, & etiam in rebus mobilibus, exceptis armis, & vestibus; quia cum verecundia, & dedecore à militibus perduntur, vide eum; quia plenius examinat, quam aliud. † Declara altera Ripa d. l. i. quia aut bona sunt capta in bello iusto, & posita intra castra capientium, & Domini priuantur dominio rerum; quia non est spes recuperandi; dicit tamen, quod si recuperantur à militibus stipendiatis, tenentur restituere Dominis; si non stipendiatis, sunt capientium, quia si recuperans perdidisset arma, vel vitam, non refecisset Dominus; & dicit, quod quando efficiuntur capientium, intelligitur de meritis militibus, ideo fit consignatio Duci belli, vt distribuat. † Bene fatentur maxime Iaf. & alii, quod stante decreto, quod efficiantur capientium, valeret, & seruaretur de facto, prout contigit Mediolani.

Beluecensis Ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 43.

CIUITAS † Beluecensis licet sit Regni Franciae; tamen Episcopus in ea præscriptus ab immemorabili tempore citra merum & mixtum imperium, & facultatem creandi Notarios etiam priuatiue quoad Notarios Regis. Bald. consil. 201. Casus est talis, lib. 2.

Bellunensis Ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 44.

EPISCOVUS † Bellunensis habet etiam Ciuitatem Feltrinensem unitas simul, vt per Cardin. Zabarel. consil. 90. in casu, incep. Episcopus Feltrensis, vbi, quod ille Episcopus auctulegebat Patria. † Decimas, & quartetas exigit Capitulum Ecclesie Bellunensis, etiam ex bonis Patriarchæ Aquileiensis, & sic Ecclesia matricis ex præscriptione & donatione facta vsq; de anno 1015. & 1241. Zabarel. consil. 88. per rot. maxime num. 3. † Constitutio Episcopalis Bellun. & Feltrin. contra usurarios disponens, quod instrumentum mutui usurarii præsumatur solum pro medietate verum, & pro alia medietate præsumatur usurarium, valer; sed tamen non habet locum in mutuo facto per usurarium fratri suo. Ioan. de Imol. consil. 117. per totum, maxime in fin. ver. sed ad uertendum. † Et non habet locum dicta constitutio contra instrumentum incisum ad repetendum cōtra solutionem factam.

Tom. 1.

Ioan. de Imol. consil. 117. num. 3. verific. in contrarium. † Decanus Ecclæ Bellunen. est loco Archidiaconi, & Archipresbyteri, & sola dignitas est in cathedrali, & de confuetudine est maior post Episcopum. Cardin. Zabarel. consil. 62. in princip. vbi, quod cum Canonici habetius eligendi, & Episcopus confirmat ad Canonici, & Decanatum vacantes. † Extende; quia Decanus est in possessione solus inducens in possessionem prouisios in cathedrali, & valet talis confuetudo. Zabarel. d. consil. 62. in secundo dubio. † Statutum Belluni disponit, quod nullus possit succedere, qui non subsinet onera, & factiones cum Comuni, & excipit vxores, quæ morantur cum maritis suis. Fulgo. consil. 92. Ad id, de quo num. 2. verific. nec refugatur, & loquitur statutum de bonis immobiliis. † Et huiusmodi statutum non habet locum contra eos, qui post acquisitionem sunt effecti, & tolerati, vt Ciues. Cafrrens. consil. 234. num. 3. lib. 2. † Appellari non potest nisi secundum; ideo appellans secundo non potest audiri, & iudex carerit iurisdictione, & sententia est nulla, tanquam lata sine iurisdictione. Fulgo. consil. 158. Domina Grauolina, column. 2. circa fin. † Statutum, quod cause occasione datorum summarie expediantur per Receptores Ciuitatis, & in eis non appelletur, procedit in causis inter Datarium, & priuatos; quia tales cause requirunt celerem expeditionem, & in ipsis non habet locum consilium sapientis; secus si causa est de toto datio locatori dimittenda; quia tunc potest dari consilium sapientis, cum sit ordinaria. Castrens. consil. 43. Ego puto, lib. 2.

Benedictio Ecclesiæ quid sit, & quæ requirat. Conclusio 45.

BENEDICTIO † Ecclesiæ fieri debet per Episcopum, & dicunt consecratio, quæ sit tam de Ecclesiæ, quam de altari, vel cemeterio, quæ fieri potest simul, & separatum per Episcopum, cap. 1. de consecrat. Eccles. vel altar. † Fieri potest benedictio Ecclesiæ, vel altaris quolibet die, etiam non solemni, cap. 2. de consecrat. Eccles. vel alta. in 6. Vide, Consecratio Ecclesiæ, vel altaris qualiter, & à quibus fiat. Concl. 74.

Benedictio super populum quoruplex.
Conclusio 46.

BENEDICTIO † super populum est de iure, & precepto diuinio Sacerdotibus, vt inuocent nomen Domini, & benedicant populum, vt in lib. Num. cap. vlt. in fin. ibi; Logutus es: Dominus ad Moysen, Loquere ad Aaron, sic benedic filis Israël, & dicitur eis: Benedic tibi Dominus, & custodiat te, & in lib. Leuit. cap. 9. in fin. vbi ingressi sunt Moyses & Aaron in tabernaculo testimoni, & deinceps benedixerunt populo. Oldrad. plene consil. 246. Quæstio est, per totum, maxime num. 3. verific. secundario. † Duplex est benedictio, alia solemnis, alia vero non solemnis, & solemnis dicitur benedictio, quando incipitur ab Episcopo, vel alio, per verbam, sit nomen Domini benedictum, &c. cap. ministrare 26. quæst. 6. Oldrad. d. consil. 246. num. 4. ver. tertiaratio. † Et si aliqui conceffa est facultas, benedicendi, non venit benedictio solemnis super populum, quæ competit Episcopo. Anton. de Butr. consil. 19. num. 10. † Non 4 solemnis benedictio est, quæ sit à Sacerdote, & etiam ab Episcopo, & alio superiori sine solemnitate, & dicitur indifferens benedictio, & actus promiscuus, qui potest conuenire superiori Praelato, & etiam inferiori. Oldrad. d. consil. 246. num. 4. ver. alij volunt, vbi concludit, quod ista benedictio non solemnis facta ab electo in Episcopum non inducit administrationem, vt incidat in prenam auaritie, de electi in 6. Vide Mascard. Concl. 169. De benedictione facta ab aliquo.

Benedictio Abbatum & Abbatissarum, quæ etiam est quadam consecratio, quid conferat, & à quibus fieri possit, & quando. Concl. 47.

BENEDICTIO † Abbatum & Abbatissarum, quæ etiam consecratio largo modo dicitur, 12. q. 2. c. alienationes, est loco consecrationis. Oldrad. consil. 14. num. 4. & seq. Felin. in cap. inter Monasterium, in princip. de re iudic. † Non conferit ordinem, neq; characterem, neq; in Abbatibus est necessaria, nisi sit de confuetudine, & est quadam solemnis orationum; quæ tamen conferit in Abbe exercitum collationis ordinum, & baculi Pectoralis. Oldrad. d. consil. 14. per tot. vbi etiam, quod ad bene esse, debet fieri

C. die

die Dominico, sequitur Felin. cap.inter Monasterium, nu.2. de re iudic. vbi, quod non conferat aliquid characterem. † Restringit Felin. ex mente Hostien. in Abbatibus Cisterciensibus, quali in eis benedictio sit quedam consecratio, in d.c. inter Monasterium, nu.2. 4 dere iudic. † Et licet habeatur logo consecrationis; tamen non est proprius consecratio; quia consecratio non potest reiterari, Benedictio vero reiteratur. Felin. in c. meminimus, num.3. ver. dubit. 5 hic Innocentius, de accusatio. † Contrarium, quod benedictio non possit reiterari. Felin. in cap.inter Monasterium, num.2. circa fin. dere iudic. † Et valet consuetudo, quod Abbas, vel Abbatissa non 6 benedicuntur, seu consercentur. Felin. d.cap. meminimus, in princip. de accusatio. & in d.cap. inter Monasterium, num.2. circa fin. de iudic. Non 7 tamen † potest Abbas, vel Abbatissa benedici per inferiorem, fine licentia Papae, quando fuit facta confirmatio a Papa. Felin. 8 d.cap. meminimus, num.2. ver. nota vterius. † Idem est in Episcopo confirmato, vel promoto per Papam; quia non potest consecrari 9 sine licentia Papae. Gemin. confil. 42. num.7. ver. restat. † Et talis benevolens non est merus executor; quia debet examinare ea, quae obiiciuntur contra benedicendum. Felin. d.cap. meminimus, num.2. in fin. ver. vterius. de accusat. vbi, quod benedictio requirit semper 10 examinationem propter impositionem manuum. † Abbas etiam non presbyter potest benedici, licet de iure fieri non debet. 11 rect. Felin. d.cap. inter Monasterium, num.2. de re iudic. † Et posset hac benedictio Abbatum fieri per simplicem Sacerdotem de licentia Papae; quia est iurisdictionis, non autem ordinis. Felin. in d.c. cap. inter Monasterium, num.2. dere iudic. vbi probat per exemplum Cardinalium, qui sunt simplices presbyteri, & vtuntur Pontificalibus, conferendo minores ordines, mitra, baculo, & alias insignes 12 videntur. † Contrarium, quod non est dignitas Episcopalis, licet Papa possit dare licentiam simplici Sacerdoti, tenet Zabar. in clem. attendentes, §. s. statutus, in 4. quest. num.2. & latius in 6. quest. num.3. de statu Monachorum. vbi, quod omnis benedictio solemnis debet fieri per Episcopum. † Non tamen potest benedictio Abbatum fieri singulis diebus, sicut benedictio Ecclesiae, qua sit omni die, sed in ista requiritur dies Dominicus, vel festivus. Felin. d.c. inter Monasterium, num.2. de re iudic. & est haec communis opinio, de qua Abb. in c. cum si. circa fin. de concera. Eccles. vel altaris. vbi virutur hoc argumentum; si minores ordines non possunt conferri, nisi in festiis diebus; ergo neque benedictio Abbatum, 13 qui recipit potestatem conferendi ordines. † Contrarium tenet Zabar. in c. clem. Attendentes. §. statutus, num.2. v. tertio quero, de statu 14 Monachorum. & quest. 9. † Benedictio si est alicui concessa, non venit benedictio solemnis, quia sit super populum ab Episcopo. Anto. de Butr. confi. 19. nu. 10. Vide etiam in ver. Abbas ante benedictionem quid possit. Conclus. 8.

Benefacere tenemur benefaciens. Concl. 48.

BEneficiatus † ab aliquo tenetur naturaliter benefacient ad antidera, & sic ad remunerationem, vt reddat bonum pro bono, l. sed fili. leg. §. confil. vbi, ff. de petitio. heredit. ita Romana. confil. 500. Summarius. in fin. ver. respondeo, num.9. vbi apostoli. 2 in ver. obligatio. † Declara; quia talis obligatio non est taxata, neque debita ex iustitia, sed ex amicitia; non ex necessitate, sed ex voluntate, secundum Beatum Thomam, quem refert Roman. d. 3 confil. 500. in fin. colum. 3. † Et video talis obligatio ad antidera non potest deduci in pactum. Roman. d. confil. 500. num.9. vbi apostoli. 4 in verb. deduc. dat concord. † Amplia; quia propterea donari non potest indigno, & ingratu, imo donatum ab eo auferatur de iure 5 Civili, l. fin. C. de revoc. donatio. † Declara, quicquid sit de iure Civili, de iure Diuino magis meritiorum est benefacere iis, qui non sunt nobis benemerentes; quia benefacere benefacientibus est omnibus commune; ideo is, qui habet liberam facultatem dandi ex causa lucrativa, vel donandi, potest donare indigno, & malemerito; qui non subiacet iuri Civili, sed iuri gentium, & naturali. Bart. in extraug. ad reprimendum, ver. videbii. num.7. ver. se- 6 condio casu, circa fin. Vide, Benemerita habent multa specialia. Conclusio 87.

Beneficium Principis late interpretatur. Conclu- 7 sio 49.

IN † beneficiis Principis largissima interpretatio est facienda, l. fin. C. de consti. pr. Abbas confi. 101. In questione, in fin. n. 11. lib. 1. Alex. 2. confi. 160. Viso themate, n. 3. ver. secundo prestatim, lib. 2. † Amplia in tantum, vt temerarium, & absurdum sit liberalitatem Principis in diminutionem velle interpretari, l. hac saluberrima, C. de agenti. in

rebus, lib. 12. † Amplia, vt beneficium Principis, nedum sit in- 3 terpretandum quoad res, sed etiam quoad personas; quia ad vi- 4 xores, liberos, seruos, domesticos, & colonos extenditur Ol- drad. confil. 300. in princ. incip. Factum tale est, magistro. † Amplia, 4 vt priuilegium, & beneficium Principis, nedum extendi debet quoad res, & personas, sed etiam quoad tempus; quia priuilegium concessum alicui ratione officii nedum durat durante officio, vel dignitate, sed etiam eo finito. C. de excusat. mun. l. eam le- 5 gem, lib. 10. Oldrad. d. confil. 300. num. 2. verific. item nedum, & con- cord. Calderin. confil. 26. quod est 3. dere script. † Amplia, vt ex- 6 tendatur nedum quoad res, personas, & tempus, sed etiam ad modum agendi; quia haber locum nedum in defendendo, sed etiam in agendo, vt reus lequatur forum rei. l. 2. C. de Comi. con- 7 fessio, lib. 12. Oldrad. d. confil. 300. num. 2. verific. item nedum est exten- 8 ditibile. † Amplia, vt extendatur etiam quoad omnia genera caufa- 9 rum ciuilium, & criminalium, l. ex eo. C. de agenti. in reb. lib. 12. Ol- drad. d. confil. 300. num. 2. verific. & non solum. † Amplia, vt etiam ex- 10 tendatur non solum quoad extensionem in multis, vt supra, sed etiam quoad privilegium immutabile durationem; quia non tollitur priuilegium, & beneficium Principis ex rescripto, nisi fit ex certa scientia, vel ex mera liberalitate nullo petente, vel cu clausula, non obstante. Oldrad. qui allegat quotas in d. confil. 300. num. 3. verific. ex ifis. † Amplia, vt imo beneficium, seu priuilegium liber- 11 8 etatis concessum a principe tolli non possit, nec rescripto, nec libe- 12 ralitate mera; imo nec priuilegium potest tolli per Imperiale responsum, ex quacunque adiectione. Oldrad. d. confil. 300. num. 3. verific. libertates. † Amplia, vt nedum in beneficio Principis; sed etiam in beneficio alterius concedentis fiat late interpretatio contra concedentem, si verba patiuntur, ideo Episcopus remittens decimas alicui ex priuilegio censetur remittere tam presentes, quam futuras, c. quia circa de priuilegio Calder. confi. 527. in fin. alias 12. alias 12. **D**

† Amplia, vt beneficium Principis multo magis pro Religio- 10 ne, & Religiosis personis concessum sit late interpretandum. Oldrad. d. confil. 300. num. 4. verific. considerandum est, vbi, quod id procedit magis etiam pro Religiosis militantibus contra infideles, & videtur dicere, quod beneficium talibus iusto iudicio, & sic ex debito concedatur. Vide, Religioni fauendum est, & pia causa. **D** Conclus. 134. † Amplia, vt latam recipiat interpretationem bene- 11 ficium Principis, etiam si in priuilegium tertii, quando verba hoc important. Deci. confi. 113. Viso tenore, num. 6. Vide contrarium **D** Conclus. proxima sequent. in princip. † Amplia, vt procedat etiam 12 circa spiritualia; quia Imperator habens ius conferendi Ecclesi- 13 am, & dignitatem in Ciuitate, si concedat Ciuitatem cum omni bus iustitiis intus, & extra, cum omni integritate, censetur etiam concessum ius conferendi Ecclesiam dicta Ciuitatis. Old- 14 drad. confil. 312. per totum, & num. 1. verific. & circa huius. † Amplia, 15 vt procedat etiam circa officia; quia si Rector Provincie conce- 16 dat alicui officium ad beneficium suum, durat officium, etiam finita Rectoria concedentis, donec beneficium reuocetur. Calderin. confil. 26. quod est 3. dere script. † Amplia, vt procedat in 17 facultate concedenti beneficium; quia contra coedentem sit ple- na interpretatio; quia est beneficium Principis. Calder. confi. 225. alias 4. de pr. bend. An per istam formam. † Extende in facultate legi- 18 timandi; quia licet legitimatio sit odio; tam faculta legitimi- 19 mandi respectu concedentis late interpretatur, dummodo non in lesionem tertii. Vide, Legitimandis facultas concessa qualiter probe- **D** tur, & intelligenda. Concl. 224.

† Amplia, vt maxime procedat, quod beneficium Principis sit late interpretandum, quando continet gratiam, & est motu proprio concessum. Bald. confi. 205. Verba Principi, num. 2. ver. pro- 20 treterea in beneficio. libr. 1. qui loquitur in constitutione facta Brixiae reintegrationi bannitorum, vt sit late interpretanda. † Extende 17 in omnigratia facta per Principem, prout dicitur de gratia fa- 21 cta bannito, cuius bannum Princeps mandauit cancellari; quia soluit compositionem; quia censetur restituimus ad famam, & poterit esse testis; quia beneficium Principis latum est. Alexand. confi. 112. Omis. lib. 2. vbi apostoli. in verific. cancellatus, dat con- 22 cordan.

† Amplia; quia verba inuestitur feudi, pro se, & heredibus 18 quibuscumque, includunt omnes haereses; quia lumen in beneficio Principis. Crauett. confi. 256. In casu transmissio. colum. final. † Contrarium videtur velle Bald. confi. 249. Verba inuestitu- 19 ra, post medium, verificul. item propter illa verba, libro secundo, vbi, quod sit interpretatio contra eum, qui recipit verba ad obli- 20 gandum proferentem. † Declara; quia aut. sunus in beneficio Principis mero non contrario iuri communi, & procedit amplia-

ampliatio, aut agitur de dispensando contra ius personam inabilem; & quia dispensatio est stricti iuris, non sit lata interpretatio. Iaf. in l. fin. ff. de constit. Princip. num. 37. & 38. ver. circa dispensationem. † Amplia in concessione feudalium; quia si Papa concedat castrum cum territorio, & omnibus iuribus sibi competentibus, veniunt etiam confiscations, & condemnations facta per concedentem ante concessionem, quae transire sub nomine territorii, quod est vniuersale. Bald. consil. 306. *Punctus questionis*, lib. 4. vbi, quod veniunt omnia emolumenta realia, & personalia, exceptis penitis declaratis propter delictum commissum extra castrum ratione delicti; quia ista non consentur concessa, & latius consil. 307. eod. lib. 4. & Bald. consil. 419. *Dominus noster*, lib. 4. vbi idem dicit, sed tamen dicit, quod consulendus est Papas, qui concessit. † Contrarium, quod confiscationes ex crimen lese maiestatis non veniunt, plene Surd. consil. 352. vbi de *communi. † Amplia, in tantum beneficium Principis recipere latam, & favorabilem interpretationem, vt omnis interpretatio contraria dicatur odiofa, & restringenda. Anch. consil. 295. *Pro clariori, in princ. & num. 3.* † Extende; quia concessio gratiosa motu proprio inducens generali beneficium Principis quod omnia beneficia Ecclesiastica, si talis concessio corrigitur, correttio restringi debet ad sola beneficia simplicia, tanquam odiofa correctio. Anch. *d. consil. 295. num. 3. & 4.* † Amplia; quia priuilegium super doctotorum, sive magisteriorum impariando in Theologia, cum nemini noceat, dicitur beneficium, ideo late tanquam favorabile debe interpretari. Bald. consil. 82. *Quia testimonium*, lib. 3. † Limita, quando per modum confessionis quid conceditur, quia gratiosa confessio stricte interpretatur. Aegid. consil. 10. num. 35. vbi, quod ita seruat palatum Apostolicum, & est * communis obseruantia. † Declara; quia licet beneficium Principis sit late interpretandum; tamen semper in eo lata interpretatio fit taliter, quod sequentia locum habent secundum Roman. consil. 89. *Vitis iis*, num. 4. † Primo, quod verba beneficii renassim obseruentur, cap. cum & plantare, ad fin. & cap. porro, de priuilegiis. Roman. d. consil. 89. num. 4. † Secundo, quod verba beneficii non sint superflua, sed aliquid operentur, cap. cum in iis. de priuilegiis. Roman. d. consil. 89. num. 5. & seq. per tot. † Tertio, quod nullo modo recedatur a verborum significacione, nisi constet concedentem alter sensisse. Roman. d. consil. 89. num. 6. † Quarto, quod acceptans beneficium Principis confeatur acceptare cum omnibus qualitatibus suis, & omnibus oneribus. Roman. d. consil. 89. num. 6. ver. scilicet quod, v. que in fin. 32. † Limita multis casibus, vt infra, Beneficium Principis late non interpretatur multis casibus. Concl. proxima seq. † Extende, vt in ver. Beneficium, & gratia Principis quando strictam recipiat interpretationem. Concl. scilicet. Vide, *Favorabilis dispositio late interpretationis*. Concl. 89. Vide, *Priuilegium latam recipit interpretationem contra concedentem*. Concl. 732.

Beneficium Principis late non interpretatur multis casibus. Concl. 50.

BE N E F I C I U M. † Principis licet late interpretandum sit, quando agitur de praetudicio principis concedentis; securus tamen est, si agitur de praetudicio tertii. Oldrad. consil. 50. in fin. ver. scilicet non obstat, qui loquitur in gratia conferendi beneficia. Anch. consil. 161. *Vito diligenter, in princ.* Ioan. de Imol. consil. 121. num. 2. plene Iaf. qui multa cumulat in l. fin. num. 19. & seq. ff. de constit. prin. Alex. consil. 215. *Non obstat, num. 4. & seq. ver. item licet, lib. 7. & infranum. 8.* Vide contrarium in Conclusione proxima precedente, n. 11. † Amplia vt idem sit in impetratio facta de beneficio vacante reservato etiam speciali reservatione; quia si non est facta mentio de reservatione speciali, gratia non valet in praetudicio tertii, licet res facta quod concedentem valerer. Calder. consil. 30. alias 7. *dere, crip. in princ. ver. scilicet non videtur.* † Restringe maxime, quando gratia principis est motu proprio concessa. Anch. consil. 138. in princ. plenus 4. consil. 295. *Pro clariori, in princ. & consil. 161. in princ.* † Amplia; quia beneficium principis late non interpretatur, quando concurrent duo specialia, vel due fictiones. Decian. consil. 72. num. 22. & seq. lib. 2. † Amplia; quia licet beneficium principis late interpretetur; tamen non receditur a verbis, neque procedit lata interpretatio, si agatur de praetudicio tertii. Alex. consil. 215. *Non obstat, num. 4. ver. item licet, lib. 7.* † Extende, vt procedat, si beneficium principis sit motu proprio concessum, & ex certa scientia, quae clausulae habent vim derogationis, & tollunt omnem subreptionem; quia adhuc non praetudicatur tertio, de quo non est facta mentio. Alex. d. consil. 215. num. 5. ver. non obstat, si dicatur, lib. 7. † Extende; quia immo si beneficium principis habet clausulam, motu pro-

Tom. I.

prio, & clausulam, ex certa scientia, & clausulam derogatoriam, non tollitur ius tertii, de quo non fuit facta mentio; quia in iis, quae Princeps ignorat, & non sit expressio, non operantur dicta clausula. Alexand. d. consil. 215. num. 5. & sequent. lib. 7. † Amplia, quando beneficium Principis redundaret in praetudicium tertii; quia stricte interpretatur, vt non praetudicetur tertio. Anch. d. consil. 161. in princ. supra num. 1. † Amplia; quia concessio 9. maefisticis stricte interpretatur, quando agitur de praetudicio tertii, vel ut praetudicetur Princeps concessio alterius, vel possessioni alterius. Ioan. de Imol. consil. 121. *In causa, qua vertitur, num. 2. & seq.* † Contrarium supra Concl. preced. num. 21. † Amplia; quia 10. beneficium Principis stricte interpretatur etiam contra Princeps, quando agitur de concessione nouorum vestigialium, & eorum, que requirunt expressam mentionem, & mandatum speciale; quia non consentur concessa ex verbis generalibus, nisi sit dictum; quia soli Princeps reservata sunt. Ioan. de Imol. consil. 121. in fin. † Amplia; quia beneficium Principis late non interpretatur, quando Princeps aliquid concedit Ciuitati subdit, & t. gabellas contra omnes posset imponere, & exigere; quia per longa Principis, & eius bona non continentur. Socin. consil. 302. *Videatur primo, num. 5. ver. tertio, & vltimo, lib. 2.* † Extende; quia licet 13. beneficium Principis late interpretetur, tamen litera beneficiale, seu ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, tanquam ambitione strictissimam recipiunt interpretationem. Zabarell. consil. 126. num. 6. † Extende; quia nunquam Princeps censetur concedere aliquid, quod sibi, vel suis subditis noceat, vt si concedat Ciuitati, quod exigat collectanea etiam extra territorium a ciubus contrahentibus, nunquam intelligitur de loco Principis, in quo ipse gabella exigeret, ne dupli onere gravarentur, & ne retrahantur a commercio locorum concedentis. Socin. d. consil. 302. num. 5. & 6. vbi late pro Florentinis contra priuilegia & beneficium Pistoriensibus concessum. † Extende; quia in generali concessione, vel beneficio non veniunt iura fiscalia, vel Principis; 15. ideo ex generali facultate concessa, non venit facultas includendi iura Principis, vel fisci. Rober. Strozzius in subscriptione ad consil. Socin. 302. lib. 2. allegat Bald. in l. milites, in fin. C. de testam. milit. † Amplia; quia restringitur beneficium, & donatio Principis generaliter, & vniuersaliter facta ex ratione, & causa exprimatis. Oldrad. consil. 148. *Factum tale est, quidam Comes, per tot.* † Contrarium videatur yelle Oldrad. consil. 300. num. 2. ver. scilicet item nedum, vbi, quod beneficium Principis ratione officii concessum extendetur etiam post officium. Calderin. consil. 26. alias 3. *de script.* † Amplia; quia si beneficium Principis concessum continet in iustitiam, etiam contra concedentem, vt inferior destrahat superiori, quod inducenda duplicita grauamina, semper fit interpretatio pro Princepe. Socin. d. consil. 302. in fin. lib. 2. † Extende; quia 18. si Princeps credit Ciuitati, quod possit imponere gabellam, & ab omnibus exigere; non tamen intelligitur, quod exigat ab iis, qui foluerunt Principi concedenti ante concessionem. Felin. in adit. ad d. consil. Socin. 302. lib. 2. † Extende in generali confirmatione statutorum facta per Principem; quia non veniunt ea, quae sunt contra Principem. Felin. vbi supra, allegat Bald. in c. venientes, colum. pen. de iniur. † Extende; quia non veniunt ea, quae honorem superioris de honestarent. Felin. vbi supra, vbi ponit plurima exempla similia de continentibus iniustitiis, vel quid simile, allegat Anch. consil. 366. & 367. qui hoc dicit. † Extende; quia in restitutione quantumcumque ampla facta inferiori, non veniunt ea, per quae iura superioris diminuantur. Angel. Nicolinus in subscriptione ad d. consil. Socin. 302. lib. 2. colum. penult. ver. scilicet præterea in restitutione. † Amplia; quia beneficium Principis, etiam si agatur de praetudicio Principis, stricte interpretatur, quando concedit, vel donat reseruata sibi in priuilegium coronæ, vel principatus; 23. ideo in concessione regalium in genere non veniunt reservata, vt supra, Osach. decis. 101. n. 11. & seq. vbi, quod etiam si clare concederet, non praetudicatur successoribus. † Extende; quia in reservationis principi, si de plurib. aliqua concedat, certa censetur denegata. c. quoad translationem, de offic. deleg. vbi Abb. in vlt. not. scilicet

Cc 2 quicquid

Liquitur Olsach. d. dec. 10. n. 11. Vide incertum Authorem post regulas Socin. reg. 1. *Beneficium principis in praedium tertii stricte interpretatur*, vbi ampliat lex modis, & limitat decem. Vide, *Nota speciali digna, si non exprimuntur, non conceduntur. Concluſ. 68. Vide, Expressio individua quando, & in quibus requiratur. Concluſ. 65.*

Beneficium, & gratia Principis, quando strictam recipiat interpretationem. *Concl. 51.*

BENEFICIVM † Principis, seu gratia beneficialis strictam semper recipit interpretationem. Oldrad. *confil. 325. Thesma questionis num. 4. ver. preterea his facio.* † Amplia in omni gratia, & beneficio principis, per quod inducitur dispensatio contraria communie; quia iura omnia sauent, vt ius commune conferetur. Oldrad. d. *confil. 325. in princ. ver. sauent enim.* † Extende, quando agitur de derogando iuri tertii, prout si princeps concedit Caſtum cum iurisdictione, licet in praedictum principis intelligatur de omni iurisdictione etiam meri, & mixti imperii; tamen quatenus derogari iuri Ciuitatis, cui Caſtrum subſeft, intellegitur ſolum de iurisdictione in ſpecie, non de maiori, communem * dicit Curt. Iun. in *l. imperium, num. 41. & seq. ff. de iuris omn. iud.* licet dicat opinionem controuerſum. † Amplia; quia procedit, quod lata fit interpretatio, quando gratia eſt facta motu proprio, fecus ſi ad petitionem partis. Iaf. d. *l. imperium, num. 14. ff. de iuris omn. iud. late Grammat. decif. 59. num. 55.* † Amplia, quando derogatur virilitati publice; quia tunc ſtricta interpretatur. Iaf. d. *l. imperium, num. 14. ff. de iuris omn. iud. imo ſtrictissime, Bald. conf. 112. lib. 1. in fin.* † Amplia, quando verbum potest capi in genere, & in ſpecie; quia ſemper capitur in ſpecie & non in genere, etiam ſi agatur de beneficio principis. Curt. Iun. in *dīct. l. imperium, num. 41. ff. de iuris dict. omn. iudic.* Vide, *Gratia principis reſtringitur, & quando. Concluſ. 53.*

Beneficium inuitio non confeſſur, & qualiter procedat. *Concl. 52.*

NVITO † non confeſſur beneficium, l. *in uito. ff. de regul. 1. ir.* † Amplia, vt adoptio non valeat sine confeſſu adoptati, etiam ſit tendat ad eius beneficium, l. *nam ita diu. ff. de adoptio. Bald. in confil. 1. Quodam Eccleſia. ver. in contrarium, lib. 1. vbi loquitur etiam in uione, legitimatione, & emancipatione, vt non valcant inuitio eo, qui confeſſure debet, etiam ſi actus fiat ad ſuū fauorem propter mutationem ſtatus. † Amplia; quia ſicut beneficium inuitio non confeſſur, ita nec etiam procedit, vt quis inuitus augentur dignitate, vel ad maiorem honorem promoueat. Calderon. *confi. 56. An si Episcopus, in princ. quod eſt i. de translat. Episcop. vbi, quod Episcopus non promouetur ad Cardinalatum inuitus.* † Amplia, vt nec confeſſur beneficium inuitio ut publicam virilitatem, quando publica virilitas eſt contraria priuata virilitati eius, cui confeſſur, ita Cald. d. *confil. 56. in princ. verſic. & ſi ducatur, alias i. de translat. prelat.* † Declara, vt non procedat ampliatio, quando ob munus publicum beneficium confeſſur, l. *affumptio. ff. ad mun. 6. cap. 1.* † Amplia, vt procedat etiam respectu spiritualium; quia quid ad fidem inuitus ſufciendam non cogitur, c. *t. de tudeſis, 45. 7. diſtinț.* † Amplia; quia gratia confeſſa alicui per Papam cum clauſula decreti irritant, vel cum clauſula, *anteſerri*, ita demum operatur, & habet effectum, ſi is, pro quo confeſſio eſt facta, voluerit vt gratia praedicta, alias non. Calderon. d. *confi. 56. alias i. de translat. prelat. num. 2. verſic. & ad idem ſicut. Oldrad. confil. 30. 4. 9. num. 10. ver. illud etiam mirabiliter.* † Amplia, vt nec Papa poſſit laicūm inuitum facere Episcopum, vel Cardinalem, ex quo nunquam confeſſit matrimonio spirituali; ſicut ſi iam eſſet Clericus, vel Episcopus; quia poſter transferre inuitum, & promouere, ne dūum ex clauſula, ſed etiam fine cauſa. Calderon. d. *confi. 56. circa 9. fin. verſate origitur, num. 4. quod eſt i. de translat. prelat.* † Limita, niſi Papa tranſerat Episcopos ex cauſa virilitatis Eccleſiarum; leſus ſi pro honore personarum; quia primo cauſu inuiti compelluntur tranſire, ſecundo vero cauſu ſecus. Calderon. *confi. 57. quod 10. eſt 2. de translat. prelat.* † Limita; quia minoribus, & aliis inhabilibus confeſſur multa beneficia pro corum virilitate etiam inuitus. Abb. *confil. 91. Quod primum, num. 1. in fin. & num. 2. verſic. nec 11. eſt curandum, lib. 1.* † Idem eſt in prodigo; quia ipſi inuiti datur curator ad ſuū virilitatem, l. 1. *ff. de curat. furio. Abb. dīct. confil. 91. 12. num. 3. lib. 1.* † Idem eſt; quia mulieri luxurioſe viuenti datur curator. Abb. *dīct. confil. 91. num. 3. lib. 1.* † Idem eſt; quia fatuo, &*

dementi etiam prafumpto datur curator; quia medicus poſteſt eum inuitum curare, & facta curatione eti am inuitio, datur medico actio ad repetendas expenſas factas in medendo. Abb. *dīct. confil. 91. num. 4. lib. 1.* † Limita; quia creditor compellitur faltem causatiue recipere debitum ſibi à debitor offereſte ad effeſtum, vt debitor obtineat abſolutiam, & liberationem. Signorol. Homod. *confil. 42. Amplius non repetito caſu, num. 2.* † Limita in carcerato, cui debet manu amputari, niſi ſoluat intra certum tempus; quia ſi habet, vnde ſoluat, poſteſt alius ſolueret pro eo, vel etiam Index ex officio, & cogitatur ratum habere, nec poſteſt dicere, quod prius voluſſet ſtarre carceratus, vel quod manus ſibi amputaretur. Cafrenſ. in *l. quamvis, ff. ſolut. matrim.* Vide, *Solueſte quando poſit tertius pro tertio, & meliore conditionem facere. Concluſ. 352.* Vide, *Statutum ſuum mutare in melius nemo compellitur. Concluſ. 419.*

Beneficium quid ſit, & beneficia Eccleſiaſtica qualia ab initio. *Concl. 53.*

BENEFICIVM † nihil aliud eſt, quam beneuola actio tri-buens gaudium capientibus. Aegid. Bellam. *confil. 20. num. 17. Abb. confil. 47. Illud de iure, num. 3. ver. hinc etiam conuenit, libro 2.* † Extende; quia etiam ſeſti conceſſio dicitur beneficium tamquam beneuola actio tribuens capienti gaudium, cap. 1. ex *quibus cauſis ſend. amit.* † Beneficia Eccleſiaſtica, qualia fuerint ab initio instituta, & qualia medio tempore, & ultimo fuerint, quales Beneficiati, vt tollatur contrarietas iurium, diſtinguenda ſunt tria tempora, vt dicit Abb. in *quaſt. 3. Sempronius Clericus, colum. 5. in fin. cum ſequen. ver. ad tertium.* Primum tempus Apoftolorum, in primitiva Eccleſia, de qua omnia erant communia, & Clerici nihil proprium habere poterant, ſed conuerſi vendebant pre-dia, & preium deferebant ad pedes Apoftolorum. Secundum tempus fuit poſt tempora eorumdem Apoftolorum; quia co-pe-runt conuerſare bona pro Eccleſia in viuierſali, & ex fructibus bonorum poterant Epiftoli dispensare, quibus volabant, & ex-pediebat, cap. aerte, 12. *quaſt. 1.* & tunc emanarunt iura, quod Clerici habentes proprium non poſſent participe de bonis reſer-vatis in communi Cathedralibus pro indigentibus, vt in illo text. Tertio vero tempore cum Christiſtideles non effent ita feruentes, co-pe-runt Clerici omni ſcandalō ceſſante poſſidere pro-pria & beneficia, & Eccleſia co-pe-runt conſtruiri, & dotari non ſolum pro indigentibus, ſed etiam pro miniſtriſ ſeruientibus, & aliter beneficia non poterant conſtruiri, cap. nemo: de conſer. dīct. 1. & inde obſeruari eft, quod nobiles, & diuites habentes pro-prium poſſunt habere beneficia, & de fructibus viuere, & etiam habere plura, cap. de multa, in fin. de praben. ex diſpenſatione Papæ.

† Et rurus idem Abb. in *quaſt. 4.* incipit. Titius Clericus, colum. 4. 12. vsque in fin. cum ſeq. num. 12. ver. in quarto & ultimo dubio, quarit, an Beneficiatus poſſit bona ſua propria patrimonialia reſeruare conſanguineis, velalias illa conuerſare cum fructibus, & viuere re de redditibus Eccleſiaſticis, & arguit, quod non, & quod peccat mortaliter, poſtea probat contrarium, deinde in colum. ante-penult. ver. ad ſolutionem, repetit iura antiqua, quando omnia com-munia erant Clerici, & laicis Christianis; quia preium defere-batur ad pedes Apoftolorum; poſtea, quod co-pe-runt retinere bona, & concedere, quod etiam Clerici habent proprium, de quo viuere tenebantur & non appetebant manus, ad deputa-ta ad viuē pauperum. Ultimo co-pe-runt dotari beneficia, ita quod vna portio deberetur Beneficiato indiſtincte, & secun-dum iſta tempora Clericus poſteſt viuere de fructibus Eccleſiaſticis, & conuerſare patrimonialia, & de illis libere diſponere; dum tamen non mala intentione faciat cum auraria theſauri-zando, & fuos diuites faciendo. † Differt, an agatur de cauſa beneficiali, & ſic de titulo beneficii, an agatur de proprietate bonorum Capelle, quia adhuc non eſt in beneficium erecta. Alexand. *confil. 215. Non diſpat. num. 2. & 3. ver. item clauſula, lib. 7. vbi,* quod beneficium poſteſt vacare, in bonis vero cauſis eft, & viuio facta etiam mox proprio, tanquam de beneficio, quod non erat beneficium, non valet.

Beneficia Eccleſiaſtica qualia prafumuntur à primæ-ua erectione. *Concl. 54.*

BENEFICIA † talia prafumuntur à primæua institutione, qualia de iure eſſe debent; ideo prafumuntur habere ſuſſi-cientes reditus pro miniſtriſ, & oneriſ, incumbentiibus. Cald. *confil.*

2 consil. 165. circa med. ver. pro parte contraria, alias 10. de probatio. **†** Amplia in tantum, ut etiam Ecclesia, vel beneficium Ecclesiasticum non possit construi sine dote condecorata, c. nemo, de confir. diffl. vbi, quod sine Episcopo, & sine dote, non potest construi noua Ecclesia. **†** Extende idem in Monasterio; quia non debet sine dote aedificari. Calderin. cons. 375. alias 46. de restamen. circa princip. 4. verific. nec obstat, si dicatur. **†** Amplia; quia beneficia omnia praesumunt secularia. Rota decis. 2. de probend. in nov. alias 32. Vide plenius per Mafcard. **Conclus. 172.** Beneficium ex prima uia institutione seculari, vbi limitat, nisi per 40. annos probetur status regularis, & alii modis. **†** Beneficia Ecclesiastica cognoscuntur ex lex qualitatibus, de quibus per Gig. de pensionibus, quest. 99. in fin. Prima est, quando non potest prouideri de eo, nisi per Episcopum, vel Ecclesiasticum superiore. Secunda, quando sibi non potest retinere, sed prouidere debet. Tertia, quando Clerico tantum fit prouidio. Quarta, quando habet annexum quid spirituale, vt officium dicat. Quinta, quando est perpetuum. Sexta est, quando pura fit prouidio, non adiecta pactione aliqua, & hec omnia ante eum posuit Abbas consil. 47. Illud de iure, in princip. lib. 2. vbi clarius distinguit, vide cum. **†** Limita in Ecclesia fratrum Mendicantium; quia imo legans construit altare, & beneficium, legata etiam certa dote, beneficium utique erigitur, & legatum dotis in alios pios viss dicta Ecclesia convertitur, ex quo nihil proprium habere possunt mendicantes. Calderin. consil. 343. alias 14. de testam. vbi in fin. dicit etiam authoritatem Episcopi non requiri, quia sunt exempti.

Beneficia Ecclesiastica de sui natura omnia sunt perpetua. **Concl. 55.**

BEneFICIA **†** Ecclesiastica de sui natura omnia sunt perpetua de iure communis. Lap. alleg. 9. disput. nu. 3. plenius Franc. Marc. decis. Delphin. 10. 71. Queritur, an beneficia, lib. 1. quia sicut matrimonium carnale est perpetuum, ita etiam istud spirituale, sed loquitur in Prelato, idem Franc. Marc. decis. 1120. nu. 22. & quod beneficia de iura communis praesumantur perpetua, facit elem. per literas, de probat, plene Bologn. in addit. ad consil. Ioan. de Anan. 14. in fin. allegat. c. 1. de Capel. Monach. in 6. Roman. consil. 345. Circa primum, 2. num. 13. **†** Et procedit in omnibus beneficiis, etiam Episcopati bus, qui debent esse perpetua. Roman. d. consil. 345. num. 13. **†** Ratio est; quia beneficium debet esse perpetuo manutinendum. **†** Item; quia respectu maiorum, in quibus contrahitur matrimonium spirituale, non potest esse matrimonium ad tempus spirituale, sicuti neque carnale in aliis, in quibus non contrahitur matrimonium, sed quodammodo filiatio adoptiva, sicuti adoptione non potest esse temporalis, ita neque adoptione spirituale, hec omnia plene Roman. d. consil. 345. Circa primum, nu. 12. & 13. **†** Extende; quia propter collatio beneficiorum debet esse perpetua, non temporalis. Vide, Collatio beneficiorum debet esse perpetua. **Conclus. 422.** Et propterea **†** sine causa institutus in beneficio non potest amoueri, idem Franc. Marc. decis. 480. nu. 2. lib. 1. **†** Extende; quia si dubium est, an beneficium sit perpetuum, vel temporale, semper in dubio iudicandum est perpetuum. Bologn. in addit. ad consil. 14. 8. Ioan. de Anan. **†** Amplia, vt procedat, etiam ex fundatione possit beneficium ad libitum amoueri; quia adhuc sunt perpetua beneficia; quia intelliguntur cum causa cognitione. Bologn. in a. postill. ad d. consil. Ioan. de Anan. 14. in fin. ver. preterea. **†** Amplia; quia beneficiari, & intitulati in Ecclesia dicuntur necessario perpetui; quia dicuntur Ecclesia filii, qui non possunt esse temporales. 10. Anton. de Butr. consil. 3. num. 2. ver. pro decisione, & consil. 51. nu. 2. **†** Amplia in beneficiis curatis; quia licet sint regulari, & sub Abbatibus; tamen quia institutio spectat ad Abbatem, & commissio cure ad Ordinarium, non sunt amouibiles curati. Franc. Aretin. consil. 63. 11. In presenti consultatione, in princ. **†** Declara ampliationem, vt procedat in beneficiis pleno iure spectantibus ad collationem Abbatis, quia non sunt de mensa, neque manualia, neque dependentia; secus si sunt talia; quia potest cura committi, si Abbas sit exemptus; quia respectu iurisdictionem, non autem ordinem Episcopalem. Aretin. d. consil. 63. nu. 3. ver. pro ius facit. Vide, Collatio beneficiorum debet esse perpetua. **Conclus. 422.** **†** Limita; quia adiunt etiam beneficia manualia, quae conferuntur per Abbates. Lap. d. alleg. 9. nu. 4. & sunt prioratus, qui dicuntur obedientie, ex quo subiungit Monasterio, & sunt amouibiles. Federic. de Sen. consil. 134. in fin. ver. ad secundum, & per totum illud consilium, vbi de beneficio etiam simplici, in quo Episcopus institutus ad presentationem Abbatis, quod sit manuale, & idem Feder. consil. 200. in princ. & per tot. Vide, 13. Priorates regulares an possint permittuntur Prioratus. 711. **†** Extende in tan-

Tom. I.

tum beneficia esse manualia, quando sunt dependentia a Monasterio, vt licet Abbas conferat perpetuo Monacho; poterit tamē amoueri ad placitum. Franc. Aretin. consil. 62. In presenti consultatione, nu. 4. ver. pro ius facit. Abb. in c. cum inter R. in secundo not. nu. 2. de electione. Fed. de Sen. consil. 259. Causa talis, in princ. **†** Extende limitationem, vt etiam procedat in beneficio manuali curato; quia cura erit manualis. Franc. Aretin. d. consil. 63. nu. 4. ver. pro ius facit. **†** Ex- 15 tende in tantum manuale non vacare, vt euidenter vacazione possit Abbas locare bona beneficia manualis. Aretin. d. consil. 63. n. 4. & 5. ver. ius breuitate. **†** Extende; quia licet manualia deuoluntur ad Papam, si intra sex menses non fiat prouisio; tamen donec Papa prouideat, Abbas, & Ordinarius, ad quem spectat in institutio, polluntur, & ponere custodiam, vel economum, & fructus locare, dummodo non conuentant in usus suos. Aretin. d. consil. 63. n. 5. & seq. **†** Extende, etiam si Abbas, & Conuentus simul facerent statutum, quod manualia essent perpetua; quia non valer, si non est confirmatum a superiore, & adhuc poterunt reuocari instituti perpetuo. Feder. de Sen. d. consil. 259. Causa talis in princ. **†** Re- 18 stringe, nisi Papa conferat beneficia manuale ad vitam; quia efficitur obedientiaris Papa, non Abbatis, quando facit Papa ex certa scientia, alias fecus, cap. cum inter R. de electio. vbi Abbas col. 4. nu. 10. ver. in gl. 2. vbi, quod remanet tuberculatus Abbari, quod reliqua, & in 3. notab. n. 2. **†** Limita; quia ex particulari constitutione possunt esse beneficia annualia. Lap. alleg. 9. per tot. vbi de beneficio manuali, si conferatur per Papam, an collatio sit perpetua, vel non. **†** Limita; quia, vt prouideatur parochianis distantibus 20 a parochia, potest erigi Capella manualis, in qua Ecclesia matrix, vel eius Rector deputabit Capellam ad libitum suum, vt Sacramenta ministret; quia etiam manualia possunt esse secularia beneficia. Lap. alleg. 67. nu. 6. ver. quero, nunquid, quod intellige de consilii Episcopi, & non alterius, vt ibi Lap. qui dicit hunc etiam ab Episcopo instituendum. **†** Limita in beneficio, seu Capella sub proprietate aliquius Ecclesie; quia in ea ponuntur Capellani ad libitum, de qua loquitur idem Lap. d. alleg. 67. nu. 6. ver. sed nunquid alio modo. **†** Declara; quia beneficia manualia non dicuntur proprie vacare, nisi in casu, & ad effectum negligentia. Cald. consil. 247. alias 26. de probend. Aretin. consil. 63. nu. 6. **†** Limita; quia possunt esse seruientes Ecclesie non intitulati, quibus tamen portio perpetua fructuum assignatur, & isti faciunt quandam tertiam speciem; quia non habent titulum, tamen non sunt amouibiles nisi ex iusta causa, cap. ad hoc, cum glo. de offic. Vicar. Anton. de Butr. consil. 3. & consil. 51. in princ. Vide, Collatio Papa quando alterius naturam beneficii collati. **Concl. 443.**

Beneficium Ecclesiasticum non potest conferri laico. **Conclus. 56.**

A1CO **†** beneficium conferri non potest, c. cum adeo, de rescript. 1. Gemini. consil. 91. n. 2. ver. primo respectu, vbi dicit maxime procedere in beneficio curato, & in quoconque beneficio; quia non conferunt, nisi clericis. Abb. in c. ex literis, num. 3. ver. item nota, quod laicus, de transactio, plene Gig. de penso, quest. 22. nu. 12. verific. quarto facit Boer. dec. 17. vbi de * communis, & de communis arrestandur * Felin. in d. c. cum adeo, de rescript. n. 4. & Ioan. de Selva in tract. de benefic. in 3. parte quest. 6. **†** Amplia, vt nec conualidetur collatio, etiam si postea efficiatur clericis; quia tempus date collationis attenditur. Feder. de Sen. consil. 290. nu. 8. ver. videatis textum, allegat. c. si eo tempore de rescript. in 6. Felin. in d. c. cum adeo, num. 4. & seq. de rescript. **†** Amplia, vt procedat etiam in expectante, qui si impetrat literas, ad beneficium, & non sit clericus, licet postea efficiatur, etiam si incederet in habitu clericali, & destinatione efficitur clericus, ita Feder. de Sen. d. consil. 290. num. 8. ver. facit etiam, vbi sequitur Io. And. reprobato Compostel. qui contrarium tenuit. **†** Amplia in 4. presentato ad beneficium; quia si tempore presentationis non est clericus, non potest habere beneficium, etiam si postea efficiatur clericus. Lambert. de iure paro. lib. 2. part. 1. q. 7. art. 2. in fin. vbi, quod ita videt priuari plures presentatos non clericos, & idem repetit in eod. lib. part. 1. q. 7. art. 7. vbi plures allegat. **†** Amplia in pensio, ne referuata; quia si is, cui est referuata, non est clericus, licet postea efficiatur, referuatio est nulla. Gigas tract. de pensio, quest. 22. per tot. am. maxime num. 16. verific. secundo ampliat. & ita tenuit Rota, vt per Velsan. decis. 139. lib. 3. in causa Barchimonen. quia loquitur, quando constabat, quod postea accepit tonsuram. **†** Amplia, 6. vt procedat, etiam si Papa conferat beneficium, vel referuet pensionem motu proprio; quia si non est clericus tempore gratiae, non valebit. Gig. d. tract. de pensio. q. 22. per tot. am. maxime, num. 15. 7. **†** Amplia, etiam si Papa mandet prouideri scholari cupienti se cleri.

clericali charactere insigniri; quia non potest illi conferri beneficium, nisi postquam fuerit clericus. Abbas d. cap. ex literis, num. 3. ver. item nota, quod laicus de transact. sequitur Boer. decis. 171. num. 8. 5. ver. nec potest secundum eum. † Amplia, etiam si Papa nominet aliquem clericum; quia non probatur clericus, sed debet probare. 9 Boer. d. decis. 171. num. 12. † Amplia, ubi cuncte quis est petitor beneficii, semper debet probare se clericum, alias non obtinet. Boer. d. decis. 171. num. 15. & hanc partem tuerit Mafcard. Conclus. 302. num. 15. & seq. † Contrarium; quia immo opposens electio, quod non sit clericus, debeat probare, tenent multi, quos 11 refert Boer. d. decis. 171. num. 16. † Declara; quia aut oppositio fit contra personam per viam obiectus, & obiectus probat; aut contra gratiam, & petitor beneficii iustificat gratiam. Boer. d. decis. 171. num. 17. † Amplia; quia ad obtinendum beneficium clericatus debet probari, etiam si nullus opponat. Boer. d. decis. 171. num. 17. † Extende; quia immo iudex debet ex se inquirere, antequam confirmet electum, aut institutus praesentatum, an sit clericus. Boer. d. decis. 171. num. 17. & num. 21. tenet hanc partem, vbi, 14 num. 22. dicit ita Ieruari per curias Francie. † Contrarium, quod immo parte non opponente, non debeat iudex repellere non ostendente se clericum, est magis communis * opinio, vt atque refert Boer. d. decis. 171. num. 21. & 22. † Limita quoad fori privilegium; quia sufficit quasi posseficio, Boer. d. decis. 171. num. 15. Grammat. decis. 81. in fin. Mafcard. Conclus. 302. num. 9. vers. primum omnium, & num. 14. vers. quod vero. † Limita posseflore beneficii; quia non tenetur probare se clericum. Boer. d. decis. 171. num. 13. allegat Rotam in antiqu. deci. 312. quae est 13. de probatio. Egid. decis. 612. † Refringe, dummodo probetur quasi posseficio clericatus per longum tempus decem vel viginti annorum. Gemin. confil. 91. num. 2. quem sequitur Boer. d. decis. 171. num. 13. & 14. L. 18 mita, † quando beneficium longo tempore tenuit tanquam clericus; quia presumitur, quod sit clericus. Boer. d. decis. 171. num. 19. 8. † Et longum tempus est decem vel viginti annorum. Gemin. d. confil. 91. num. 2. sequitur Boer. d. decis. 171. num. 13. & Grammat. decis. 81. in fin. † Contrarium, quod diuinitas temporis non reuerit illegitimum institutum in beneficio, communem * dicit 21 Grammat. d. deci. 81. num. 15. † Limita, quando esset in quasi possessione clericatus longo tempore. Grammat. d. deci. 81. circa fin. 22 † Refringe, quando esset extraneus forensis, puta Ultramontanus, Boer. deci. 171. num. 13. Grammat. d. deci. 81. in fin. Refringe, 23 † quando vindicaret beneficium, & sic ageret ad canonizationem gratiae, & petitorio. Boer. d. deci. 171. num. 12. Mafcard. Conclus. 302. num. 10. & seq. Grammat. d. deci. 81. in fin. † Extende maxime, quando esset possefessor beneficium. Boer. d. deci. 171. num. 13. allegat Rotam deci. 13. de probat. in antiqu. alias 312. Vide, Littera in quibus sint capaces spiritualium, vel non. Conclus. 4.

Beneficium qualificatum an possit conferri non qualificato. Concl. 57.

BENEFICIUM, † seu praebenda subdiaconalis diaconalis, vel sacerdotalis, potest conferri non habenti illum ordinem, si modo est in etate, vel ordinem sufficiere possit. Abb. & alii in cap. cum in cunctis, §. inferiora, de electio. † Amplia, vt procedat etiam in expectantibus; quia clericus expectans praebendam potest acceptare subdiaconalem, vel requirentem lacrum ordinem, licet non sit ille in ordine tali, dummodo sit in etate legitima. Feder. de Sen. confil. 290. num. 8. ver. sed ponamus. † Amplia, vt multo magis procedat, vel iam diaconus possit acceptare beneficium, vel praebendant requirentem minorem ordinem. Feder. de Sen. d. confil. 290. num. 8. vers. sed ponamus, vbi, quod ita fuit plures indicatum. † Contrarium tamen refert iudicasse Bonifacium VIII. contra imperatricem diaconalem, vt non possit acceptare praebendam subdiaconalem. Feder. de Sen. d. confil. 290. num. 8. sed i. stud ipse ibi i. pugnat. † Contra dictas ampliationes faciunt multa iusta, quae volunt, quod ordo requisitus ad beneficium, debeat adesse tempore prouisionis, electionis, vel praesentationis, clavis, ut & qui de etate & qualitate. † Declara; quia aut ordo est annexus respectu aptitudinis, & sufficit, quod prouisus sit habilius ad illum ordinem; aut ordo est annexus respectu actus, & debeat adesse tempore prouisionis. Abbas d. cap. cum in cunctis, §. inferiora, num. 10. & seq. de electio. vbi, quando dicatur aptitudine, vel actu, dat exempla, vt si beneficium est curatum, vel sacerdotalis, de iure dicatur aptitudine; si vero statutum dicat, quod debeat tempore collationis esse presbyter, tunc actu requiritur, vide Rooth. de Curte tract. de iure patron. ver. honorificum, num. 26. & seq. vbi, quod in fundatione dicitur ordo actu necessarius, quando

testator hoc disposuit. Vide, Actas beneficiorum que requiratur. Conclus. 38. Vide, Qualitas requista in dispositione, de quo tempore attendatur. Conclus. 8.

Beneficia Ecclesiastica non possunt detineri sine canonica institutione. Conclus. 58.

BENEFICIA. † Ecclesiastica non possunt detineri sine canonica institutione, c. beneficium, de regiur. in 6. Gemin. confil. 109. in princip. † Et propterea non potest de facto compromitti titulus beneficis; quia arbitratum non daret titulum sine canonica institutione. Gemin. confil. 109. in princip. vbi hoc declarat, † Amplia; quia vt fiat adjudicatio beneficij, non sufficit probatio per famam, plene Mafcard. Concl. 171. An beneficij vacatio. Amplia † in tantum, vt omnis dispensatio ad plura, vel aliqua beneficia habeat tacitum conditionem, dummodo canonice conseruantur. Gemin. confil. 106. in fin. vers. nec obflat. & conf. 126. in princip. vers. item dispensatio. † Amplia; quia neque spoliatus restituirur fine titulo in beneficialibus, & spiritualibus. Vide, Spoliatus in beneficialibus debet restituiri, & quando fecit. Conclus. 38. † Amplia; quia possidens beneficium tenetur ostendere titulum legitimum Episcopo inquirenti, neque datur appellatio, vide plene Mafcard. Conclus. 180. Beneficium habens. Vide, Possefessor non tenetur docere de titulo, & quando fecit. Conclus. 439. † Limita; quia bene potest quis depatur ad officiandum aliqui altari ex denotione laicorum, & iste non erit beneficiatus, sed officiator, vel Capellanus. Bald. confil. 18. Positio pro constanti, lib. 5. † Limita; quia bastardus licet non possit habere beneficium ecclesiasticum; si tamen fuit instrutus, & prouisus, & possedit per decem annos, praesumitur dispensis. Anch. confil. 117. Satis impertinens, Lap. alleg. 89. in fin. Gom. super reg. de triennali. q. 24. Caſtad. deci. 3. de procur. in fin. & deci. 4. de restit. ſpol. Ferret. confil. 172. num. 4. Vide, Opinio & reputatio communis multa operatur. Conclus. 157. † Limita; quia is, qui obtinuit beneficium ex resignatione, vel permutatione, non tenetur docere de titulo sui horis, sed sufficit probatio possessio, vel quod haberetur pro tali, & triennalis possessio sufficit, vide Mafcard. Conclus. 75. Beneficiatus an teneatur, & plenius Conclus. 180. Beneficium habens quid probare cogatur.

Beneficii appellatione veniunt omnia beneficia, & quae. Concl. 59.

BENEFICIUM † appellatione veniunt omnia beneficia, etiam maiora, dummodo non sunt dignitas, personatus, vel beneficia curata. Oldr. confil. 215. n. 6. vers. quaedam ex intentione, qui loquitur in dispensatione illegitimi. † Amplia, immo quod appellatio beneficij veniunt etiam dignitates in materia favorabili, putata in facultate, vel priuilegio conferendi; quia istud est beneficium Principis, & late interpretatur. Cald. confil. 225. quod est 4. de concess. praebend. in princip. maxime vers. item super obtainendis. † Amplia; qui etiam in litteris impetracionum, in quibus mandatur prouideri de beneficio, si fiat mentio in Cathedrali, venit Canonicus in Cathedrali, si non fiat mentio de Cathedrali, venit Canonicus extra Cathedralem. Cald. confil. 252. alias 31. de praebend. † Limita; quia non veniunt Hospitalia, quae non confruntur in titulum. Calderon. confil. 65. in princ. alias vniuers. de suppl. negl. pr. elat. Zabarell. confil. 117. in princ. † Limita; quia Hospitalia proprietas est, neque dici potest beneficium, & quod non datur in titulum ab Episcopo, non est institutum, ideo quae a signatur non in titulum, non sunt beneficia. Cald. confil. 251. in princ. vbi, quod Vicaria temporalis, Sacrista habens medium praebendam, & similes non habentes titulum non sunt beneficiati proprie. † Limita; quia gratia stricta, & odiosa, prout expectatio ad beneficium cum cura, & sine cura, non comprehendit praefimonium, maxime, quando de consuetudine loci non venit appellatione beneficij. Abb. confil. 47. Illud de iure, per tot. lib. 2. † Extende, quia in materia odiosa, & refringibili, appellatione Ecclesie parochialis non venit Ecclesia Parochialis habens Collegium, & sic dignitatem. Abb. d. confil. 47. in fin. lib. 2. Iecus si materia esset favorabilis, † Limita in Abbatia, quae appellatione beneficij non comprehenditur in expectativa, vel mandato de prouidendo; quia speciali nota digna est. Lap. alleg. 85. num. 10. vers. sed nunquid. & n. 11.

Bench-

Beneficium simplex quod dicatur. Concl. 60.

BONA a paterna desinunt esse paterna, quando commixta est c[on]cepta fraternali rebus; ideo fraterna esse incipiunt, & propterea renunciatio facta per filiam bonis paternis non habet locum in paternis, quia effecta erant fraterna, & commixa. Bald. conf. 47. Casu talis est, Dominus Andriolus, circa iur. Soc. conf. 3. n. 1. lib. 1. Angel. conf. 1. Dominus Ziglius, circa med. ver. queritur agitur. Vice, Renunciations iuriis proprii, quando stricte interpretande. Concl. 180. 2. † Extende, quia soror excludit à successione patris stante masculo, dummodo sit dotata, non excluditur, si est dotata a fratre de bonis, quia erant paterna; quia cum per mortem patris effecta sunt fraterna, non dicitur dotata in bonis paternis, prout requirit statutum, sed in fraternali. Petr. Anchar. conf. 80. Retento ordine, 3. n. 7. & 8. ver. preterea alteratione. † Extende; quia bona, & hereditas patris semel adit[us] per filium adeo efficitur patrimonium filii, vt dicantur bona filii, & hereditas filii, non patris; & ideo soror exclusa ab hereditate, & legitima paterna, non erit exclusa fraterna, licet proueniāt à patre, & succedet ab intestato l. 1. §. veter. res. vbi * Doct. ff. de acq. posses. Rom. conf. 40. n. 2. & conf. 168. col. 1. Dec. conf. 266. col. 1. & conf. 627. n. 9. Chassan. conf. 23. n. 14. Dec. m. l. quodies duplici iure, ff. de regul. iur. Soc. conf. 83. n. 1. lib. 1. Dec. conf. 58. n. 10. & conf. 68. 7. Ad confirmationem vbi, quod non habet aliquam difficultatem. † Er idem est in bonis paternis, quæ peruenient ad sororem; quia si alia soror renunciavit bonis paternis, non censetur renunciare fraternali, quia peruenient ad sororem; quia intellegitur renunciatio de paternis immediate, & ista sunt effecta sororis. Bald. conf. 48. Ex verbis, lib. 2. † Idem est in bonis maternis, & auia; quia si filius in eis successit, & hereditatem adiuit, per adiunctionem desierunt esse materna, vel auia. Alex. conf. 198. Perspectio n. 7. ver. non obstante lib. 6. vbi apostol. ver. defierunt, dat multos concordantes, & Bart. conf. 10. lib. 1. Iaf. conf. 59. lib. 5. † Idem est in statuto, excludente fœminas, præterquam à bonis maternis; quia si bona materna sunt per mortem filio delata, & filius adiuit hereditatem matris, non sunt amplius materna, sed fraterna; ideo, non obstante lib. 6. vbi apostol. in ver. deferunt, dat concord. † Refringit, quando ha[bit] hereditas, puta paterna, efficitur supposita restitutione, quia licet adita sit, non tam[en] definit esse paterna, vel testatoris. Iaf. in d. l. 1. §. veteres, n. 19. ff. de acq[ui]r. posses. Alex. in l. n. 1. lib. 1. l. 1. ff. de verbis obligat. Dec. in l. 1. n. 18. ver. sed ad hoc etiam. C. unde vir & vir. Franc. deit. 307. n. 4. † Contrarium quod imo hereditas adita solo verbo, vel animo ante c[on]tralem apprehensionem non definit esse hereditas defuncti, sed tunc deum, postquam fuerit adita, & facta apprehensio. Narta conf. 470. n. 25. & seq. vbi late. † Ino, quod hereditas paterna etiam adita, & apprehensa non definit esse hereditas paterna, prout prius plene Socin. Jun. conf. 113. n. 33. & seq. lib. 1. vbi, quod saltem ratione demonstrationis non potest negari, quin sit verum. Vide, Hereditas quandoque similitur pro adita, quandoque pro adeunda, & que sit differentia. Concl. 17. † Amplia plia idem esse in bonis infantis fili; quia per agnitionem hereditatis infantis factam ab uno bona confunduntur incipiunt, esse auia, & ideo si mater excluditur à bonis fili extante auo, semper excluditur, postquam manus agnouit, etiam si poster decedit superflue matre; quia bona defierunt esse filii, sed confusa spectant ad heredes ait. Bald. conf. 264. Statuto caetur, in fine, lib. 1. † Amplia, vt idem sit in bonis maternis; quia mortua matre, postquam filii agnouerunt hereditatem maternam, bona incipiunt esse fraterna, & non materna; ideo renunciatio facta de bonis maternis non extendit ad ista effecta fraterna. Angel. conf. 52. n. 2. versi nec obstante. Alex. conf. 29. Quipiam abunde, n. 2. lib. 1. Vide, Hereditas quid sit, & in se continet. Concl. 16. † Amplia, videlicet, 12 quod dicitur de bonis, habeat locum in hereditate; quia si filia renunciavit hereditati paternæ mortuo patre, cui successit filius masculus, filia non excludetur à successione fratris; quia est noua causa, & hereditas non amplius materna, sed fraterna; id eo cum renunciatio si strictius, non habet locum de persona ad personam. Roman. conf. 168. Circa primum, in princip. vbi plena apostilla in ver. persona. Alex. d. conf. 198. Perspectio n. 8. ver. hoc deciditur. lib. 6. † Sic filia, quia renunciavit bonis paternis, admittitur ad feudum vacans morte fratris, licet frater habuerit à patre, quod quidē est effectu fraternum. Alex. d. conf. 198. n. 8. ver. per hoc videtur, lib. 6. † Sic in statuto, quod filia fœmina non succedit in bonis paternis; quia succedit in fraternali, quæ fuerunt deuoluta fratri masculo; quidam; quia sunt fraterna, non amplius paterna. Alex. d. conf. 198. n. 8. in fin. ver. accedit quodlibet. lib. 6. † Et statutum 15 Mediolani, quod mulier non nobat foreni cum hereditate, procedit, quando hereditas est deuoluta, sed non adita; quia per adiunctionem non dicitur amplius hereditas, sed patrimonium aduentis. Alex. d. conf. 198. n. 9. ver. ad idem facit, lib. 6. Rom. conf. 40. Quia qualitas iuncta verbo, intelligitur secundum tempus verbis, vt Alexand. ibi n. 10. † Extende idem, si filia renunciavit bonis maternis, & filius masculus, qui adiuit, moritur; quia succedit filia; quia bona non sunt materna, sed fraterna per adiunctionem, ideo renunciatio sibi non obstante. Alex. d. conf. 198. num. 8. ver. ita etiam expedit, lib. 6. † Extende; quia procedit ampliatio etiam in statuto, ideo si statutum excludit filias à successione ascendentium stantibus masculis, non excludit à successione transuersalium, et si successerint ipsi transuersales ascendentibus. Decia. conf. 71. In casu ad me, in princ. † Amplia, quia generaliter est, quod non hereditas defuncti per adiunctionem efficitur patrimonium hereditatis in tantum, quod amplius non appellantur bona hereditaria. gl. in d. l. 1. §. veteres. ff. de acq[ui]r. poss. vbi plena apostilla notabilis, quæ video. Alex. d. conf. 108. Viso themate, num. 5. in fin. ver. & quod primum fuit aditum lib. 1. plenus d. conf. 198. Perspectio n. 5. num. 7. ver. non obstante, num. 6. vbi plena apostilla dat concord. † Etideo 19 bona auia paterna, quæ peruenient ad patrem per adiunctionem hereditatis maternæ, sunt effecta paterna, & quoad nepotem heredem patris sunt bona paterna, non autem bona auia paterna. Alex. plene d. conf. 198. n. 7. & seq. lib. 6. vbi plena apostilla. † Extende, vt procedat, etiam agatur de successione filii naturalis, vel spurij legitimati ad successionem bonorum paternorum; quia succedit in omnib[us] bonis, quæ peruenient ad patrem suum: à quocunque prouenerint, quia sunt effecta bona paterna. Alex. conf. 88. Omnes tripli, num. 5. ver. circa quinum dubium, lib. 7. † Extende, quia hereditas adita non amplius dicitur patrimoniū

- nium defuncti, sed hæreditis a deinceps. *Paris. conf. 2 c. num. 1. & conf. 36. num. 4. & conf. 65. nu. 23. lib. 2. Ias. 8. & alij ind. 1. 1. \$.* *veteres. ff. da 22 acquir. poss.* † Extende, ut procedat etiam in hæreditate subiecta fideicommissio in casu mortis hæreditis; quia postquam hæres grauatus adiuit, non amplius dici potest hæreditas, vel bona vacantia, sed bona ipsius, qui adiuit. *Castr. plene conf. 393. Ut attingamus, in princip. lib. 1.* quod an sit verum, dubito; quia fideicommissum non confunditur per additionem, & ita reperi posse tenere. *Affl. decis. 237. per totam.* † Vide eudem *Castr. conf. 64.* *Licet plura, in princip. lib. 2.* vbi expresse dicit, quod hæreditas defuncti supposita fideicommissio adita per grauatum dicitur patrimonium grauati, per mortem vero grauati dicitur hæreditas nō primi testatoris, sed grauati, & si deinceps, sicut est, qui succedit in fideicommissio, non dicatur hæres grauati, sed hæres primi testatoris, sicut potest colligi, quod ex quo fideicommissum debet restituui ab hærede grauati, quod donec restituatur, sit, & seu singatur patrimonium grauati. † Extende; quia hæreditas Titij patris adita per Seium hæredem dicitur patrimonium Seij effectum, ita quod mortuo Seio dicitur hæreditas Seij, nō Titij patris, & sic successiue. *Alex. d. conf. 108. n. 5. in fin. ver. & quam primum 25 fuit adita, lib. 1.* † Extende in tantum esse verum, quod hæreditas defuncti apprehensa per hæredem sit effecta hæredis, vt si cadat ab ea, nō coperat hæredi petito hæreditatis, sed ipoliū, vel rei vediatis quia non est amplius hæreditas. *Alex. conf. 70. Magnificus miles, in fin. ver. nec similiter, & conf. 152. In causa, & lite, in princip. lib. 6.* vbi apostilla in ver. *nanquian* dat concord. † Amplia; quia quot sunt persona; tot sunt hæreditates, seu patrimonia; & ideo hæres, postquam adiuit hæreditatem patris, efficit, vt bona patris effecta sint patrimonium filii, & mortuo filio si succedit nepos, efficitur hæreditas filii, & post additionem nepotis efficitur patrimonium nepotis, & sic de singulis. *Castr. conf. 64. Licet plur. 27 r. in princip. lib. 2.* † Limita; quia legitima, & Trebellianica, quas petit filius ex persona patris, dicuntur bona paterna. *Castr. conf. 393. Pro evidentiā, in princip. lib. 2.* † Limita, quādo ad esset statutum, quod decadent sine filiis in bonis paternis succedat proximiiores consanguinei ex parte patris, in maternis succedant proximiores ex parte matris; quia licet ista bona paterna, & materna vniuersit in eadem persona tamen distinguntur, vt paterna sint, quæ prouenient à patre, vel a uo paterno, materna, que prouenient à matre, vel a uo materno. *Bald. conf. 104. Fidūm tale est, fer Theus, lib. 2. p. 70. tot.* † Declara; quia possunt adesse bona, quia dicuntur tercia species, prout sunt acquista per defundētum, quia licet sunt acquista ex fructibus bonorum paternorum, vel maternorum; tamen non sunt paterna, neque materna, & in eis nō haber locum statutum. *Bald. d. conf. 104. per tot. lib. 2.* † Limita; quia legitima filii per hæreditatis additionem non definit esse legitima. *Socin. Iun. conf. 113. n. 33. lib. 1.* *Franch. decis. Ne. solit. 307. vbi lat. 31. te. & Ratio est;* quia dicitur incerta ratione loci, & quota ante separationem. *Pedemont. decis. 33. n. 22. ver. Nam scit filii.* & ideo debet filius petere separationem ad hoc, vt possit transire in illius dominium, & possessionem absolute. *Petr. à Petra de fidicom. qu. 32. n. 141.* † Limita, quando adiutor fieret per hæredem cum beneficio legis & inuentari. Vide, *Hæres cum beneficio legis, & inuentari 33. ry non obligatur ultra vires hæreditatis. Conclus. 9. n. 5. & 17.* † Limita, quando hæres esset ad tempus, vt quia esset rogatus restituere. *Affl. decis. 237. per tot.* † Contrarium, quod imo hæreditas supposita fideicommissio & restitutio deuenta ad partem meam, donec restituui fiat, dicatur hæreditas parerna. *Angel. Arer. conf. 31. Viso superadi. nu. 5. ver. quarto demonstratur. & n. 23. ver. nec etiam obstat quartum,* & reperit *conf. 32. Reddito supposito confilio, per tot. licet propterea non perdant qualitatem restitutiois ex fideicommissio personis vocatis.* *Vide casum dubium, An hæreditas Candidi filii, super qua est compromissum, & laudatum, comprehendat hæreditatem Iacobi patris Candidi, qui instituit Cædum filium, & si decederet sine filiis, vel quandocunque eius filii decederent in pupilli, vel sine filiis, substitutus alterum, posne, quod moritur testator, possea moritur Candidus, possea filius Candidi, sit compromissum, & laudum fertur super hæreditatem Candidi, quod contineat hæreditatem Iacobi patris; quia adiuit, & non obstat fideicommissum; quia dubium est, an substitutio sit facta Candido, an filiis de ultimo; quia filii positi in conditione non consentent vocati; è conuerso; quia substitutio facta ultimo morienti in tota hæreditate inducit necessario, vt unus alteri sit substitutus; tandem dicit dubium esse subtile, & standum intentioni arbitrii, si de ea constat. *Castr. conf. 389. In questione, qua veritatis per tot. lib. 2.**

T om. I.

Bona esse in bonis qualiter intelligentur. Concl. 109.

Bona esse in bonis qualiter intelligentur. Concl. 109.

BONA † fuisse, vel esse in bonis nostris, importat idem, quod bona fide posse sideantur bona, ita Alex. *conf. 112. Viso quodam, n. 6. & 7. lib. 6.* vbi, quod quilibet praesumitur bona fide posse sideare, si antiquior possessor contrarium non alleget. *Vide, Nomina possessiva, meum, tuum, quid importent. Conclus. 9. & Contrariū 2 tenet Alex. conf. 137. In causa, & lite, nu. 6. ver. nec predicta obstat. lib. 2.* vbi, quod is, qui tenetur allegare dominium, non satisfacit, si dicat bona fuisse in bonis. † Declarat ibi apostilla ad Alex. *d. conf. 3. 137. in ver. sua, n. 6. lib. 2.* vt procedat contrarium in dicto testis; secundum intentionem proferten, † Imo idem Alex. *d. conf. 137. nu. 20. ver. secundum ver. lib. 2.* expresse dicit, quod is, qui dixit bona fuisse in bonis suis, non allegavit dominium, prout tenetur, sed possessionem; quia important talia verba possessionem. † Declara; quia si in libello quis deducit bona fuisse in bonis suis, & seu tenuisse, & possedisse pro suis, & tanquam sua iusto titulo, imo necessario inferatur dominium, & consequenter petitorum, & possessorum esse intentatum, tenetur expresse Alex. *conf. 192. In causa, & lite, n. 6. in fin. ver. non obstant modo allegata, lib. 2.* quod confilium est Hieronymi Torti contra Alexandrum, ubi dicit, quod est verum, quod illa verba, *pro suis,* & *tanquam sua,* necessario non inferunt titulum habilem ad acquisitionem dominij, sed bene probato titulo inferunt necessario ad petitorum, & dicit, quod contra Alexandrum etiam consulerunt Antonius de Prato Veteri, & alij Doctores celebres. *Vide plenius in ver. Libellus quando petitorum concernat, vel posse. Conclus. 316.*

Bona paraphernalia quæ sint, & cui sint restituenda. Concl. 110.

PARAPHERNALIA † bona dicuntur, quæ mulier portat ad domum viri ratione vñus proprij mulieris, vel promiscui, seu communis vñus sui, & mariti. *Franc. de Albergo. conf. sua, quod est insertum in apost. ad Bart. conf. 125. lib. 1.* Et cōsistunt in mobilibus, quorū administratio cōceditur quādoq; viro, quandoq; vxor retinet p. se administrationē; & tunc reputatur vt bona necq; dotalia, neque paraphernalia, sed tercia species. *Franc. Albergot. conf. inserto in apostilla ad Bart. conf. 125. lib. 1.* Imo etiam consistunt in immobilebus, vt per Bart. *conf. 125. Questio talis est, in princip. lib. 1.* Et dicunt bona paraphernalia omnia bona, etiam hæreditaria vxoris, quando vxor tradidit illorum administrationem marito. *Cuman. conf. 105. Quaritur, nunquid, in princip. Alex. conf. 42. Super premisso, n. 15. lib. 1. vbi, quod ita credit se habere communem vñum loquendi.* † Vxori debent festiuū soluto matrimonio bona paraphernalia, quia spectant ad ipsam. *Bald. conf. 243. Viso di- do p. 100. in fin. lib. 3.* † Declara; quia si vñu sunt consumpta, non tenetur maritus, neque hæredes quia periculo mulieris dicuntur consumpta; & idem est, si fortuito sunt furata, vel perdetis; si vero sunt alienata, tenetur is, qui alienauit, non autem socius mariti obligati cum marito, plene Alexan. *conf. 36. Viso themate, n. 17.* & sequens ver. postremo circa tertium lib. 6. *Vide, Mulier habet bona tripli generis. Conclus. 424.*

Bona Ecclesiærum cuius esse dicantur, & quibus distribuenda Concl. 111.

BONA † Ecclesiærum dicuntur bona pauperum, *c. 16. quest. 1.* Vide, *Fratres beneficiorum Ecclesiæsticorum quibus distribuendi. Conclus. 9.* † Extende; quia Papa non habet dominium bonorum Ecclesiæsticorum, sed vniuersalem administrationem, & possessionem, quam Papa habet, est administratione nomine. *Abb. in c. constitutus, n. 13. de Relig. domib. vbi, quod peccat, si sine causa alienat, & habetur in Concil. Lateran. sub Leone X. l. 9. de refor. Curia. Rom. conf. 369. Castr. conf. 288. lib. 1. Gemin. conf. 7. in fin. Ias. conf. 16. lib. 1. & n. 13.* Et quod bona Ecclesiærum sint in dominio Christi, & Papa sit solus administrator, est de mente Beati Thomæ, quem citat ad hoc Archid. *inc. non debet, 12. disfinitio. Bellam.* & alij in *c. non licet Papæ, 12. qu. 2. in princ. vbi, quod peccat mortaliter, si alienat sine causa;* & ideo non valet alienatio, etiā si vellet utri plenitudine potestatis; quia in ijs, que sunt inducta peccati, nō cadit plenitudo. † Declarat Alex. *conf. 101. Super primo, n. 7. ver. nec obstat, lib. 7.* quia licet sit controversia conclusio, an bona Ecclesiærum sint in dominio Dei; tamen ipse admittit conclusionem pro vera, sed dicit, quod Papa, tanq; Vicarius Dei, potest alienare ex causa, & fundamenta, & debet, & delect. in 6. & causa semper presumitur in Papa,

E 2 in Papa,

in Papa, ut ibi Alex. licet apost. ad conf. 1. Alex. lib. 1. in fin. in ver. causa, dicat contrariū. † Extende, etiam haicenaret de Ecclesia ad Ecclesia. Abb. in c. consuetudine, num. 15. de Religio. domib. † Contrarium, quod imo possit auferre ab una Ecclesia, & dare alteri pro libito suo. Corne. conf. 3. 4. 8. lib. 1. infinitos citat apostol. ad Alex. conf. 10. 1. 7. Super primo, n. 6. in ver. liberam. lib. 7. † Extende; quia propterea non potest Papa concedere feudum non apertum in praeiudicium successoris; quia daretur supplantatio successoris, & quia ultra suā administrationem se ingereret, quando vacaret tempore successoris, cap. 1. qui success. reneatur, in vīsibus feud. vbi Bald. & alij. 8. † Amplia, ut pœna pro delictis, quas exigit Episcopus, vel Abbas, debeat pauperibus, vel in vīs pietatis converti, & distribui. Feder. de Sen. conf. 28. 2. in princ. ver. item emenda. † Hodie Sacré Concilium Tridentinum mandat assignari locis pīs in loco, vbi sit condemnatio, ut Sessio. 25. cap. 3. de reformatio. &c. 14. vbi fabrica, vel loco pio mandat applicari fructus non residuum. 10. † Declara; quia Prælatus posset maritare unam puellam de bonis Ecclesia, & etiam facere largam eleemosynam nobili verecundo. Feder. de Sen. d. conf. 28. 2. n. 2.

Bona per Prælatum acquisita an sint heredum, vel Ecclesia. Concl. 112.

BONA † acquisita per Prælatum, qui nihil proprium habebat tempore promotionis ad Prælaturam, vel aliam dignitatē, vel beneficium, præsumuntur de bonis Ecclesia acquisita; ideo acquiruntur Ecclesia. Joan. Andr. in cap. 3. de pecul. Cleric. qui hoc ampliat, siue hæres possidat, siue non, nisi hæres probet, quod intuite persona, & aliunde, quam ab Ecclesia acquisuerit, vide Lapum allegat. 11. 4. in princ. n. 1. vbi allegat loca in quibus haec materia tractatur. Vide, Clerici non possunt mercari, vel secularia negotia tractare. Concl. 81. † Et vide Abb. in cap. vi. vīs, de pecul. Cleric. & in 3. cap. de testam. n. 4. not. † Declara, ut per Redoan. de spolijs, qu. 9. per 4. totam, vbi plenissime. † Amplia, vt idem sit, si Prælatus acquisitus prouincie vīs est cum bonis Ecclesia, quia si non invenitur, & non constat, quod aliquid proprium habuerit, in dubio pro Ecclesia præsumitur. Joan. Andr. in dict. cap. 3. de pecul. Cler. vbi hoc limitat, nisi hæres probaret, quod proprium habebat. † Amplia, vt predicta procedant ne dum in acquisitis, sed etiam in prouisionibus casus de vendendo aliquid Prælato, quia fidetur iuris est, quod in acquisitis. Lap. d. alleg. 11. 4. in De nomine, in fin. 6. † Amplia, vt idem sit in declaratione facienda per Prælatum; quia licet non transacta ad hæredes, tamen cu distinctione præfata, quatenus concernat Ecclesia, transfiratur in successorem obtinente illam dignitatē; quia dignitas nunq̄ moritur. Lap. d. alleg. 7. 11. 4. in fin. † Et maxime predicta, enī sub nomine dignitatis acquisuit, quia dignitati acquirit. Vide, Dignitati, vel officio 8. quando aliquid ex seatur concessum, vel potius persona. Concl. 43. 4. † Amplia, & regulā facies secundū Bald. plenissime in conf. 298. Hec materia altioris est. lib. 1. vbi coſtituit quinq; casus. Primus est, qnā Prælatus acquirit p. e. nomine Ecclesia, & hic casus est clarus, quod Ecclesia acquiritor dominium, & possessio nullo habito respondebit, ex qua pecunia sit acquisitum; & idem Bald. in conf. 199. in pr. ver. conclude ergo, lib. 1. & conf. 80. Ad evidētiām, lib. 4. † Secundus casus est, & est extensio, quando Prælatus est talis, qui non potest habere proprium, pro ut Monachus; quia sicut seruus simpliciter acquirido acquirit dominio, ita Prælatus incapax, et si nomine suo proprio acqrat, acquirit Ecclesia. Bald. d. conf. 298. in princip. 10. ver. aut nomine proprio, lib. 1. † Tertius casus est, & est pariter extensio, quando Prælatus est capax, quia potest habere bona propria, & acquirere tibi, q. Ecclesia; & si idem acquirit tibi ex pecunia Ecclesia, & hoc costat, isto casu res empta ex pecunia Ecclesia acquiritur Ecclesia. Bald. d. conf. 298. in pr. ver. si vero est talis, lib. 1. **L** Vide, Emens ex pecunia Ecclesia, quando Ecclesia vel tibi acquirat. Concl. 11. 139. † Quartus casus est etiā clarus; quia si acquirit nomine proprio ex re proprio patrimonio, tibi Ecclesia non acquirit, sed tibi, vel cui voluerit, acquirit. Bald. dict. conf. 298. In princ. ver. aut ex re 12. proprio patrimonio, lib. 1. Bald. dict. conf. 80. lib. 5. † Quando vero est dubium, an acquisuerit de pecunia Ecclesia, vel de propriō tūc 13. faciam regulam sequentē affirmatiām. † Limita; quia regula est, quod acquisita per Prælatum habent redditus proprios & patrimoniales, ac etiam redditus Ecclesiasticos, censentur ex pecunijs patrimonialibus acquisita, si heredes Prælati possidet; si vero possidet Ecclesia, præsumuntur ex bonis Ecclesia quesita, & sic possessio conferat præsumptionem in dubio. Bald. d. conf. 14. 298. n. 1. in fin. ver. si autem dubitatur, lib. 1. † Extendit Abbas conf. 36. Circa primum, col. 2. circa med. ver. & facit in simili, lib. 2. vbi, q. Cleri-

cus habens administrationem Ecclesia si acquirat, præsumitur acquisiuſe ex sua industria, & fortuna, non autem ex bonis Ecclesia; etiam si nihil haberet de suo, iuxta not. in cap. 3. de pecul. Cleric. † Restringe in Episcopo; quia si tempore, quo fuit factus Episcopus, non habebat res patrimoniales, licet haberet postea, tamen præsumuntur acquisita ex successione propinquorum, vel alia causa aduentitia; quia tunc ad Ecclesiam non spectarent. Bald. d. conf. 298. in pr. ver. aut dubitatur, lib. 1. † Restringe in Thesaurario fisci, 16. put fuit de Episcopo dispositus; qui nisi doceat per inuentariū, & alias probations, præsumitur acquisiuſe ex bonis fisci. Bald. d. conf. 298. n. 2. ver. idem, quod in Episcopo, lib. 1. † Restringe, quando 17. Prælatus emisit nomine consanguineorum ex pecunia, in cuius possessione erat Ecclesia; quia in istis mobilibus ex possessione præsumuntur dominii; ideo acquisita sunt Ecclesia. Bald. dict. conf. 298. n. 2. ver. interdum Prælatus, lib. 1. † Restringe, multo magis, 18 quando emisit ex pecunia ecclesiae; quia ex quo negocium realiter est ecclesiae, acquiritur ecclesiae. Bald. conf. 299. in pr. ver. aut seorsum, lib. 1. Vide, Emens ex pecunia ecclesiae, an ecclesie, vel tibi acquirat. Concl. 139. † Restringe in Procuratore deputato ad emendum cu pecunia ecclesiae; quia si simpliciter emat, vel suo nomine, præsumitur pro ecclesiae, & tenetur cedere iura ecclesiae. Bald. d. conf. 299. n. 5. ver. eadem dico lib. 1. † Declara, omnia, quæ dicta sunt, quod 20. Prælatus nomine ecclesiae acquisiuſe præsumuntur, vel nomine suo, procedere, siue premium soluerit, siue habita fuerit fides de pretio, quia secundum tractatum precedentem iudicatur emisse nomine suo, vel ecclesiae. Bald. d. conf. 299. Dicunt Petrus, & Cyrius, in pr. ver. & eadem sunt dicenda, lib. 1. † Tu vide plenus, quam aliud, Redoan. tractat de spolijs, quest. 9. tit. ex quibus præsumuntur Clerici acquisiuſe, vbi pro vtracqua parte allegat, & plures distinctiones adducit; & finaliter concludit post n. 5. ver. quid diendum, vīs, in fin. quem videas. † Declara; quia si acquirit simpliciter, & non 22. constat, cuius nomine, & potuit vtroque nomine acquisiuſe, tunc pro medietate nomine ecclesiae, pro alia medietate nomine suo præsumuntur acquisiuſe. Bald. d. conf. 299. Petrus, & Cyrus, in princ. ver. aut simil & semel, lib. 1. & conf. 80. circa med. lib. 5. † Et isto ca 23. si statut probationibus, & illis deficientibus materia est arbitria. Bald. d. conf. 80. in fin. lib. 5. vbi, q. Canonista fauent semper ecclesiae. † Limita; quia si administrator voluntarius simpliciter 24. acquirens nomine suo acquirere præsumuntur, & si acquirit propriō nomine, nullam fraudem committit, nec ecclesiae acquiritur. † Extende; quia si habet fructus patrimoniales, & ecclesiasticos, & simpliciter acquirat, vel illo si in hereditate relinquit, præsumuntur potius consumptissime ecclesiasticos, quam patrimoniales. Bald. conf. 313. Premitendum est, in fin. lib. 2. vbi, quod præsumuntur vixisse de ecclesiasticis. † Restringe, vt non procedat, quando extarent, quia si diuino proportionabilitate arbitrio judicis & boni viri. Bald. d. conf. 313. num. 3. ver. iste ergo acquisit. lib. 2. † Declara; quia si dicta sunt de Prælato, & Clerico, habent locū in Monacho, vt si Ecclesia agit, præsumuntur alii de acquisiuſe, si alias, è contra; quia præsumuntur pro Ecclesia. Bald. conf. 313. Procurator habens in fin. lib. 1. Vide, Monachus unde acquisiuſe præsumuntur, & cui accipit. Concl. 315. Vide, Monachus quicquid acquirit, acquirit sibi Monasterio. Concl. 316. † Declara, vt ea, quæ dicta sunt de Clerico bene- 28. ficiato, seu Prælato, procedant in filio familiæ, ita Abbas conf. 36. Circa primum, col. 2. lib. 2. Vide, Filius an præsumatur acquisiuſe ex bonis patris. Concl. 353. † Limita, si constat Prælatum ante, vel tempore præsumitionis habuisse bona propria, & hæres possideat; quia præsumuntur, quod acquisuerit ex bonis patrimonialibus. Joan. Andr. d. 3. de pecul. Cleric. qui plene distinguit, cuius distinctione Lap. d. alleg. 11. 4. omnino comprobatur ex mente antiquorum & modernorum. Bald. d. conf. 80. Ad evidētiām, lib. 5. † Limita, vt non procedat, quod consanguinei negant omnino aliquid possidere, quod est Prælati defuncti an queſita præsumuntur de bonis Ecclesia, vel propriis. Vide eundem Mascard. Concl. 203. Bonap. prælatum posſeſſa. * *

Bona patrimonialia Clericorum qualiter subsint foro Ecclesiastico, & Papæ. Concl.113.

- B**ONA † patrimonialia Clericorum, ex quo sunt exempta, & libera a secularibus, c.1. & c.3. de immunit. Eccles. consequenter potest Papa in eis ius dicere, legem facere ex causa licita. † Et Papa habet eandem autoritatem in bonis patrimonialibus Clericorum, quam habet Princeps secularis in bonis laicorum. Abb. in c. constitut. num. 3. de relig. domib. vbi allegat Anton. de Burr. & dicit alibi non legiffe. Item valet lex, vel statutum, per quod laici sunt inhabiles ad alienandum ex causa licita. Zabarel. conf. 14.4. num. 4. & seq. plenius Feder. de Sen. conf. 85. per tot. maxime n. 4. unde si hoc possunt laici, quoad laicos, possunt etiam Clerici, quoad Clericos. † Nam sicut valet lex laicorum disponens inter laicos de bonis Ecclesiae emphyteuticis quoad dominium vtile, quod est laicorum, & in pœnaldicium laicorum, ut per Deci. in c. qua in Ecclesiarum num. 6. de confit. qui mouetur ex ratione; quia dominium vtile est laicorum; ita & conuersio. Vide, statutum laicorum valet, & ligat Ecclesiasticos aliquibus casibus. Concl. 58; num. 50. & seq. † Nec Princeps secularis potest prætendere successiōnem, velius aliquid; quia Ecclesia prefertur in bonis Clerici ipsi fisco, nisi sunt censua in bona fisco, l. si quis presbyter. C. de Episcop. & Cler. ita Egid. Bellam. conf. 23. num. 6. Vide, Bona patrimonialia Clerico-rum quibus subsint. Concl. prox. seq.

Bona patrimonialia Clericorum quibus subsint. Concl. 114.

- E**CVLA † est, quod bona patrimonialia Clericorum gaudent eodem priuilegio, quo bona Ecclesia; & ideo non possunt collectari, & laicus retinens, & spolians Clericum, tanquam sacrilegus, potest conueniri coram Ecclesiastico, & Clericus pro bonis patrimonialibus gaudet priuilegio fori; plene haec omnia Felin. in c. Ecclesia S. Maria. num. 7. ver. in gloss. 2. cum seq. maxime num. 8. ver. & ponit pro regula de confit. Angel. Aretin. conf. 19. Videtur omnino. num. 27. & 28. & vide, Bona patrimonialia Clericorum qualiter subsint foro Ecclesiastico, & Papæ. Concl. prox. p. 1. Et quod bona patrimonialia Clericorum sint exempta ab omnibus oneribus laicorum, prout bona Ecclesia. gloss. 2. in fin. in d. cap. Ecclesia S. Maria. de confit. per quam gloss. infinitos citat ibi Felin. num. 7. ver. in gloss. 2. & videtur text. in ea. similiter. & ibi gloss. 16. quiesc. 1. & hanc esse regulam, dicit Felin. vbi supra num. 8. ex mente Anton. de Burr. & aliorum, quos allegat plenissime ibi Barbat. num. 45. & seq. vbi tollit contraria, & est text. in cap. 1. de immunit. eccles. in 6. vbi contra Scabinos in Francia Papa præcipit, quod abstineant vexare Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, & eorum bona pro collectis, taleis, & exactiōibus quibuscumque. & in t. 3. eod. tit. excommunicat tam exigentes, quam soluentes, vel consentientes, & auxilium, confilium, vel fauorem praestantes, publice, vel occulite, & de iure Ciuii est textus in authent. item nulla communitas. C. de Episcop. & Cleric. & talium excommunicatorum absolutione est referuata Papa. † Extende; quia statutum laicorum non potest disponere de bonis Clericorum, & si agatur etiam reali contra Clericum, non potest conueniri, nisi in foro Ecclesiastico; quia bona sequuntur personam, Felin. d. cap. Ecclesia de confit. num. 8. ver. & similiter insert. † Contrarium, quod imo solum in casibus expressis bona patrimonialia habent priuilegium Ecclesiae; quia in eis currit præscriptio, potest de eis compromitti, & si non solutum census, cadunt in communis, quod non est in bonis Ecclesiae. Felin. d. cap. Ecclesia S. Maria. num. 8. & 9. ver. sed nihilominus. de confit. vbi dat plures instantias. † Et pro contrario, quod imo exemptione bonorum patrimonialium Clericorum non sit de iure, prout in bonis Ecclesiae absolute, nisi in casibus a iure expressis. Felin. d. cap. Ecclesia S. Maria. num. 8. & seq. ver. sed nihilominus. de confit. vbi plurimos allegat, & dat instantiam; quia bona patrimonialia possunt præscribi, prout laicalia, potest de eis compromitti, non sic de bonis Ecclesiae. † Declarat plene Barbat. d. cap. Ecclesia S. Maria. num. 40. & seq. de confit. vbi disputat ad partem, & tandem num. 45. & seq. dicit eis omnino libera a secularibus, vbi probat per decem fundamenta, & dicit, non obstat, quod præscribantur; quia etiam bona Ecclesiarum possunt præscribi laicis; & tamen non sunt sub iurisdictione aliqua laicorum, tandem num. 50. dicit, quod non sunt regulariter, nisi in casibus a iure expressis, in quibus contrarium disponitur. † Declarat Bald. d. cap. Ecclesia Sancte Maria, de confit. vt ibi referat Barbat. num. 48. quod bona patrimonialia quesita ex fructibus Ecclesiae omnino sunt libera, alias secus. † Declarat Castrén. conf. 353.

Tom. 1.

Curator datur, lib. 1. in princip. quod bona Clericorum immobilia possunt per statuta laicorum collectari, quando sunt in iurisdictione flatuentium, sicut bona cuiuscunq; non subdati, quia bona stabilita non sequuntur personam; secus est in bonis mobiliis; & ideo iudex iurisdictionis mittit in possessionem bonorum forensium, non habent originem in loco, neq; domicilium; item si agitur reali, conueniri potest forensis, vbi respectu sita; item si est necessarium decreatum alienationis bonorum, recurrir ad iudicem, in cuius iurisdictione sunt bona, & curator; quia datur bonis principaliter, dari debet etiam Clerico, & forensi per iudicem, in cuius iurisdictione sunt bona, vbi col. 2. ver. vel pot. si probabilitate dicit, quod potest dari quoad personam per Episcopum; quoad bona vero per seculariem, & datus ab Ecclesiastico erit curator personae, alter vero bonorum. † Declara igitur, quod bona patrimonialia Clericorum sunt exempta, & habent omnia priuilegia concessa bonis Ecclesiae in casibus a iure expressis; sicut vbi causus deinde reperitur in contrarium decisi, & hanc communem dicit Deci in cap. Episcopus, de probend. n. 18. & in d. cap. Ecclesia S. Maria. num. 6. & seq. ver. n. gl. ff. 2. de confit. vbi, quod procedit declaratio, quod bona patrimonialia habent idem priuilegium, quando consideratur persona principaliter, & bona in consequence, prout ratione fori, vel ratione collectarum. † Pro regula itaq; flatuerat, quod bona Clericorum patrimonialia sunt exempta collectis, & aliis oneribus, prout bona Ecclesiae, est text in c. 1 & 3. de immunit. eccles. lib. 6. & licet de iure Ciuii tenerentur ad ordinaria tributa pro suis possessionibus, l. de ius. c. de Episcop. & Cleric. tamen secus est hodie authen. leu. constitutio Federis. Item nulla communitas. C. eod. ita Bart. plene conf. 18. Si aliqua possessio. per tot. maxime n. 3. lib. 1. & conf. 44. Super secundo, lib. 2. quod est Franc. Tigri. Abb. conf. 6. Casus, super quo in fin. lib. 1. vbi, quod non sunt subdati laici ipsi, neq; corum bona, ideo sunt exempti. † Contrarium, quod imo laici possint impone quacunq; II onera bonis stabilibus Clericorum, sicut bonis laicorum, & cuiuscunq; non subdati, dummodo talia bona sunt in iurisdictione imponitum. Castrén. conf. 353. Curator datur, in prin. lib. 1. allegat Innocent. in c. postulat. de for. compet. & Bart. in l. scripto, §. fin. f. de maner. & bonar. & allegat rationem; quia bona stabilita non sequuntur personam, sed tantum bona mobilia. † Extende; quia respectu bonorum patrimonialium Clericus, que data sunt sibi in titulum, videlicet, quorum occasione fuit admisus ad ordines, simpliciter habet omnia priuilegia, & exemptiones, quas habent bona Ecclesiae simpliciter; quia sunt subrogata loco Ecclesiasticorum. Felin. in d. cap. Ecclesia S. Maria. n. 10. ver. & retenta prædicta. de confit. † In contrarium facit gloss. in c. t. i. in verb. substantari, de 13 prab. vbi, quod tenetur solvere decimas prædiales, & sic non per omnia, & qualiter subrogantur, ita Felin. d. cap. Ecclesia S. Maria. n. 10. ver. sed nihilominus. de confit. plenius impugnat Deci. in c. Episcopus. num. 10. in fin. de proben. vbi, quod redditus dubia ex multis, vt ibi. † Declara, vt supra; quia non per omnia sunt subrogata, vt habent omnia priuilegia bonorum Ecclesiae, sed bene habet multo magis exemptionem, cum sint destinata ad viuum Clerici, vt supra in prin. † Extende, vt procedat etiam in bonis patrimonialibus Clericis communibus cum fratre laico; quia sunt exempta a collectis, & oneribus laicorum, prout Ecclesiastica, Specul. in tit. de Clericis coniugat. ver. quid si Clericus, quem citat apostol. ad Fel. d. cap. Ecclesia S. Maria. n. 10. in ver. prædicto. de confit. & ibid. dicit Gig. in addit. ad Deci. d. cap. Ecclesia S. Maria. n. 68. in ver. Clericorum. † Idem 16 est in bonis patrimonialibus, quæ prouenient ex successione in Clericis, de quibus prius solubebatur collecta; quia erunt exempta. Bart. conf. 18. Si aliqua possessio. in prin. lib. 1. sequitur apostol. ad Felin. in d. cap. Ecclesia S. M. rie. n. 7. de constitut. in ver. Clericorum. & hoc disponitur expresse in d. c. 1. de immunit. t. eccles. in 6. circ. 2. fin. vbi pro bonis acquisitis haec tenus, & in posterum acquirendis Clericis conceditur immunitas. † Extende; quia illa exemptione, quam habent Clerici ratione persona, extenditur etiam ad bona omnia iporum, etiam si sunt empta, vt reducantur ad aliam formam, & vendantur; quia est artificium, non mercantia; & idem, si sunt bona venalia recollecta in bonis suis, prout granum, vinum, oleum, animalia, & similia; quia sunt exempta. Abb. conf. 6. Casus, super quo. lib. 1. & per tot. maxime in fin. sequitur Iaf. l. placet. in fin. c. de facr. eccles. Vide, Ecclesia que onera soluant pro rebus, & personis. Concl. 13. † Extende; quia imo bona patrimonialia Clericorum 18 gaudent eodem priuilegio, prout Ecclesiastica bona, l. sacra sanctorum. C. de sacro. eccl. & ideo sicuti in Ecclesiasticis dominium, & possessio Ecclesiasticorum transfertur in Ecclesiam ipso iure; ita etiam in Ecclesiasticam personam Papa restituendo ad bona patrimonialia Clericum absq; traditione confert possessionem. Ang.

Ee 3

Aret.

- 19 Arct. conf. 19. Vide ut omnino n. 27. & 28. † Restringe; quia bona patrimonialia Clericorum, qua non sunt intuita Ecclesiæ acquisita, sub sunt dominis temporalibus. & proper delictum domino temporali confiscantur, & applicantur. Oldrad. conf. 17. *Thema tale, quidam Clericus, in primis. & per tot. & num. 10. in fin. dicit, quod bona patrimonialia Clericorum non sub sunt Episcopo, sed domino temporali, & latius n. 23. ver. primo quoniam, v. 2. in fin. vbi multa fundamenta adducit, sequitur Castrren. conf. 333. Curator datur, in 20 prim. lib. i. † Restringe; quia bona Clericorum coniugatorum 21 non gaudent aliquam immunitate. c. viii. de Clericis coniugat. † Restringe, vt idem sit etiam in bonis presbyterorum orientalium habentium vxorem; quia ipsi non habent maius priuilegium extra personam suam, quam habeat Clericus uxoratus occidentalis. Bald. conf. 23. *Orientalibus lib. 3. per tot.* † Restringe quoad praeteritas col cetas, & onera debita, antequam bona peruenient ad Clericum; quia ad illa tenetur. apostol. ad Felim. d. t. Ecl. s. M. 23. iii. n. 7. in ver. Clari orum de confit. † Idem est, quando Ecclesia, vel Clericus succedit laico in bonis, quando onera sunt imposita laicorum bonis, puta per triennium distribuenda singulo anno; quia attenditur impositio, non distributio. Angel. conf. 206. Inter ordinamenta, n. 2. Calder. conf. 7. de confit. † Restringe, quando bona in fraudem transferuntur in Clericos, ne soluant, sed sint excepta; quia probata fraudes non sunt exempta, sed soluant. Bart. conf. 180. *Si aliqua possesto. n. 3. lib. 1.* Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. 25 gloss. i. n. 6. & seq. † Restringe multis modis per Decium in cap. Ecclesia S. Mariae, in fin. nu. 27. ver. postremo, de confit. v. q. in fin. videbit, nisi Clerici negotiantur, vel amissione priuilegium fori, & Clericatus, vide eum. † Restringe in bonis patrimonialibus Clericorum coniugatorum. Bart. in l. *Instructiones. C. de sacro san. eccl. apostol. Gig. ad Deci. in cap. Ecclesia S. Marie, n. 68. de confit. in ver. Clericorum, que est Hier. Gig.* † Restringe quoad onera pro solutione custodie Ciuitatis, pontium refectione, & similium, vt in d. apostol. Gig. ad Decium d. t. Ecclesia S. Marie, num. 68. ver. *Clericorum, in fin. de confit.* Deci. in d. cap. Ecclesia S. Marie, in fin. num. 27. 4. de confit. *Vide plenius in ver. Ecclesia pro bona sua collectari non potest. Concl. 12. Vide, Exemptio Ecclesiæ & Clericorum ad quos se extendat. Concl. 557.* 28 † Restringe, quando committitas habet loca pastura, & mittentes animalia tenentur ad collecetas, & onera; quia isto casu sive in Clerici mittere eorum animalia, tenentur ad onera, alias non possent consequi pacem; quia licet præcise non possint laici imponere onera Clericis, & eorum bonis, bene possunt causative, si volunt surpare pacem Communis. Abb. confil. 6. *Causa super quo, lib. 1. sequitur Iaf. in placet, in fin. in 1. lect. & in 2. C. de sacr. eccl. Deci. in d. 7. Ecl. s. M. n. 225. de confit. & in fin. n. 275. ver. tertio 29 fallit.* † Restringe, quando bona, antequam peruenient ad Clericos, fuerunt effecta censualia Communis pro oneribus, vel fuerunt donata Comuni ad effectum, vt efficiantur censularia; quia tunc tam Ecclesia, quam Clericiterentur soluerent talia onera, effecta ordinaria; quia tunc res transit cum onere suo, ad quemcumque vadat. Bartol. in l. *scripto. §. sciendum. ff. de munier. & bonar. cuius opinionem & cautelam vbi receptam dicit Bald. confil. 28 o. lib. 2. Calder. conf. 7. de confit. per tot. Ang. conf. 24. per tot. vbi, quod onera ordinaria transirent ad Ecclesiæ, & Clericos; secus si sunt extra ordinaria, vbi, quod ita Bartol. debet intelligi, prout etiam idem Bart. in l. *munerum. §. patrimoniorum. in fin. ff. de munier. & honor.* & hanc communem theoricam, quando bona sunt effecta tributaria, dicit Abb. confil. 3. *Causa super quo, lib. 1. col. 2. ver. hanc etiam sententiam.* † Contrarium tenet omnes * Doct. excepto Fulgo. s. r. refert Iaf. in placet, in 1. lectur. n. 19. C. de sacro san. eccl. vbi dicit, quod cautela confunditur ex iis, quia tradit Bart. d. conf. 180. lib. 1. vbi concludit, quod non tenentur Clerici, nisi ad onera ordinaria, & quod non possunt imponi, nisi a Princeps, lege, vel Señatu confitulo, & quod onera communitatium sunt extraordinaria; igitur non obligantur Clerici, & cautela confunditur, prout etiam illam non valere festucam, dicit Bald. confil. 112. n. 6. & seq. ver. & est verum, lib. 2. quia non efficit onera perpetua imposita a communitate, & d. confil. 28 o. lib. 2. dicit, quod licet sit vbi recepta a laicis, est periculosum dare cautelas contra Ecclesiæ. † Declara; quia haec questio indigeret declaratione Papa, vt dicit Collegium Perpul. cuius est confil. Ioan. Calder. 444. alias 2. de confis. 32 † Declara; quia tales cautelas, cum fiant in fraudem Ecclesiæ, non valent. Bart. d. confil. 180. n. 8. lib. 1. vbi licet loquatur de fraude Clericorum, quod non inducent exemptionem, quarens laici in Clericos fraudulenter bona transserent; ita e converso si laici, ne possent bona vere transire in Clericos cum sua immunitate, fraudulenter facerent statutum, pari ratione non valeret, vt contrariorum eadem sit disciplina; quia semper frusus hoc opera-**

tur, vel procuratio affectata. Vide, *Affection operatur multa, vt afflatus perdat priuilegium. Concl. 237.* † Declara; quia bona Ecclesiæ, & Clericorum non tenentur ad aliqua onera laicalia, etiam si primo soluerint, nisi sine tributaria, antequam deuenient ad Ecclesiæ, eo casu bene communis censura est tam Legistarum, quam Canonistarum, quod transiret cum onere suo, ita Abb. confil. 3. colum. 2. ver. hanc etiam sententiam, lib. 1. qui debet intelligi de subiectione non fraudulenta, per praedicta.

Bona aliquem non habere, probatur ex aestimi libro, & aliis modis. Concl.

V IDE Mascard. Conclus. 204. Vide, *Pauperas qualiter probetur. Concl. 161.*

Bona non sufficere, & alia bona non extare, qualiter probetur. Concl.

V IDE Mascard. Conclus. 205. Vide, *Exceptio discussionis qualiter probetur. Concl. 402.*

Bona qualiter pro derelictis habeantur, vt licita sit occupatio. Concl. 115.

BONA † dicuntur derelicta, quando de voluntate domini appetere, vel quia illa proiecerit, vel aliter declarauerit, velle habere illa pro derelictis. Feder. de Sen. conf. 107. num. 3. vbi, quod in dubio non presumitur, quod habeat pro derelictis. † Amplia; quia bona habentur pro derelictis, quando domino rei fuit denuntiatum, vt bona sua in fundum alienum impulsa vi fluminis, vel alias tolleret, alias haberentur pro derelictis; quia si patitur haec declarari, nec illa tollit, tunc habentur pro derelictis. Feder. de Sen. d. conf. 107. n. 4. in fin. ver. & fatig. videtur, vbi, quod si nec fatur dominus, vel domicilium, sufficit proclama publicum. † Amplia, vt etiam sufficiat proclamatio in locis vicinis, quod dominus debet res suas leuare, alias haberentur pro derelictis. Feder. d. confil. 107. n. 2. vers. quid ergo faciet. vbi dubitat de hac conclusione; quia dicit tunc esse, vt bona vendantur, & dentur pauperibus post proclamationem. Vide, *Proclama generale quid operetur. Concl. 807.* Amplia; quia bona dicuntur vacantia, si mortuo domino, nullus 4 repertur, qui sit, vel est velit heres, & facte fuerint citationes, & proclamationes; quia tunc succedit silicus in bonis vacantibus. Ang. conf. 334. *Gallardus. n. 2. vers. si autem. Castrren. conf. 143. Vtis. & pond. rat. in princip. lib. 1. vbi, quod differunt bona vacantia à bonis absentis, & negligentiis, & curia, quia datur vni, non conuenient alteri. † Amplia; quia bona inculta, & quae nullum habent signum culturae, dicuntur derelicta, & non sunt in bonis alicuius, & possunt occupari; si vero sunt culta, vel habent signum culturae, secus, & in dubio, an antiquitus tempore inuestitum fuerit culta, vel non, iudicantur ex statu presenti; quia quando status presentis potest conformari cum statu de præterito, ex presenti presumitur in præteritum. Franc. Aret. conf. 15. *Reuerendus pater. n. 2. & 3. ver. ex iis videtur.* † Declara; quia ad hoc, vt dominium acquiratur, requiritur probatio, quod fuerint occupata, & quod tempore occupationis essent inculta, & vacantia. Aret. d. conf. 15. nu. 3. ver. præterea dato. † Amplia; quia bona bannitorum tanquam derelicta efficiuntur occupantium. † Qualiter autem bona profecta, & incerta domini, vel etiam certi, & negligentiis dicuntur, vel efficiuntur derelicta. Feder. de Sen. d. conf. 107. nu. 7. ver. quid ergo, & in fin. † Limita in bonis, quia impetu fluminis in agrum alienum 9 impelluntur; quia ista non habent pro derelictis, nec efficiuntur domini prædicti; quia dominus rerum non videtur habere pro derelictis. Feder. de Sen. d. conf. 107. *Domine Franciscus per tot.* † Litem in bonis ex naufragio mari projicit; quia non efficiuntur occupantium, & reprobatur confuetudo contraria, *I. de precatio.* vbi gloss. ff. ad l. Rbd. de iact. Feder. de Sen. d. conf. 107. n. 3. Vide, *Vacantia bona que dicuntur, & cuius sint. Concl. 9.* Vide, *L'officio vacans post capi impune à quocunque, & quando. Concl. 408.**

Bona defuncti vacantia qualiter probentur. Concl.

V IDE Mascard. Conclus. 208. *Bona defuncti.*

Bona communia esse qualiter probentur. Conclus.

Vide Mascard. Conclus. 218.

Bona

Bona esse acquisita per filium ex bonis patris, quomo-
do probetur. Concl.

VIDE **M**ASCAR. **C**oncl. 221. Vide plenius circa hoc, **F**ilius prefa-
mitur acquisuisse ex bonis patris. **C**oncl. 353.

Bonahereditaria quæ dicantur, vel non.

Concl. 116.

BONAH **H**ereditaria dicuntur ea, quæ titulo vniuersali her-
editario obtinunt. **L**imita; quia bona donata non possunt
dici hereditaria, ideo domans omnia bona hereditaria obuentia à
Titio non donat ea, que titulo donationis obuenerunt. **C**astr.
Concl. 344. **Q**uia ex allegationibus, in princ. lib. 11.

Bona fides non patitur multa. Concl. 117.

BONAH **F**ides non patitur, ut bis idem creditum exigatur. **I**
bona fides ff. de reg. iur. Rom. conf. 28. m. 2. ver. responder. vbi plena a-
potissim. in ver. non patitur. Vide, **S**olutio exigitur obligationem, & quæ-
do. **C**oncl. 340. **E**xende; quia propterea admittitur exceptio solu-
tionis etiam in exequitione sententia; ne contra bonam fidem
semel etiam iterum exigatur. **A**póstol. ad Rom. d. conf. 28. n. 2. in
ver. non patitur. **E**t bona fide contractus, prout venditio, non
patitur, ut per emptorem re amissa, pretium vendorum retineat. **I**.
emptorem. §. idem ait. ff. de acto empti. Rom. conf. 169. **M**agister Paulus,
4 in princ. **T**et dolos facit, qui contra bonam fidem facit. **C**rauerit
conf. 142. nu. 14.

Bonorum possesso contra tabulas quæ sit, & quando
competat. Concl. 118.

BONORVM **P**ossessio contra tabulas est remedium inductū
a Prætore, per quod filius præteritus in testamento patris, in
quo scriptis hæredem extraneum, mittitur in possessionem con-
tra tabulas paternas, dummodo filius præteritus hoc petat intra
annum viilem; quia lapsus anno beneficium Prætoris non compe-
tit. **B**ald. conf. 392. **P**unctus ita. ver. & ideo, & per tot. lib. vbi, quod
per lapsus anni non conualefecit testamentum quoad alia reme-
dia competenter filio præterito, sed bene quoad istud remedium
conualecit; quia Prætor lapsus anno inita centum dies viles da-
